RESPONSIO

Ad chartam quandam,
quæ veniebat a *PAPISTIS*, nuperrime ex
HOLLANDIA.

Quæ occupatur ad vindicandum Papam, Jesuitas, & Papistas qui a diebus Apostolorum exorti sunt, qui secundum Scripturas Christi & Apostolorum non sunt; neque possunt Papa vel Papistæ, vel ullus alius, illorum actiones per verba Christi & Apostlorum justificare, ut in hoc libro legere licet attendenti ad Christum, & ad facta Apostolorum; & tum attende ad Papam, Jesuitas, & actiones Papisticas, circa eorum catenas, & cruces, & imagines, & crucifixa, & monasteria, & domos, virum & fœminam seorsim conservantes, & circa conjugia, & viduas, & quod occidant hominem religionis de causa; & circa Sacerdotium, quod est mutuatum, condemnans hominem ad necem causa blasphæmiæ; & quomodo Christus venerit ad vitam hominis servandam, & ad destruendum diabolum, blasphæmiæ fundamentum & circa inquisitionem, ignem, & rogos, & equulea ob religionem, omnia hæc instituta fuerunt per Apostatas a diebus Apostolorum.

Et, an aliquis Papista in Anglia, vel Jesuita, Papa vel cardinalis alibi, velit pergere tres vel quatuor septimanas cum tremulo perpanem & aquam, & non plus ex iis frui, quam tremulus? Vos enim, Papistæ, dixistis tremulos abnegare jejunia; itaque si vos hujus materiæ audetis periculum facere, tum aliqui vestræ partis observabunt tremulum, & partis tremulorum aliqui observabunt vos, & sic explorabimus, an ventres vestri non sint vester Deus?

G. F.

LONDINI, *Pro* Roberto Wilson, *apud officinam ejus ad Aquilam nigram in* Martin *le Grand*, 1660.

Responsio ad Chartam quæ veniebat a PAPISTS, *nuperrime ex* HOLANDIA, *&c.*

DEVONSHIRE HOUSE
Friends Reference
Library.
12 BISHOPSGATE WITHOUT E.C.

ACcepi Chartum ab aliquo, qui laborat ad vindicandum papam *Papistas*, et illorum Ecclesiam a diebus Apostolorum exortam in Apostasi. Primum & *Papistæ* affligunt corpora sua per jejunium suum, & Apostolus dicit, *affligite vos ipsos*. Hi autem jejunant, instar junci, diem unum demissi, &, ut Pharisæorum, est eadem natura quæ vult occidere: Pharisæorum jejunia similia erant jejuniis in diebus *Esaiæ*, & similia jejuniis Papistarum & Protestantium, capita sua Diem unum dimittere volentium Oppressum vero & justum in libertatem ire non permittentium sed occidere perseverantiûm & in vincula conjucere usque ad mecem Religionis atque odorationum suarum de causa: hic est iniquitatis vinculum; hic salus a vobis erunt, ita omnes judæi, Pharisæi, Papistæ, & Protestantes, capita sua diem, unum inclinantes jejunium illorum, atque ictus pugni iniqnitatis ut fructus vestri Papistæ, judæi, & Protestantes plus satis universo mundo declaraverunt, ita declaret Conscientia & Testimonium judæorum contra Prophetas Judæorum & Pharisæorum contra Christum, & Papistarum contra martyres, Prophetas, Sanctos, & testes a diebus Apostolorum, & jejunia Protestantium contra Regium semen *Tremulos* (sic dictos) quomodo carceres suos impleant: Vos autem omnes principes & potestates, & pravitates spirituales debebatis percussisse, & rumpere vinculum iniquitatis, & oppressum missum facere, tum vos obedientes mandato Dei fuissetis; & sic inventi estis extra Ministerium *Esaiæ*, *Esa*. 58. *Mat*. 6. 16. *Act*. 13. 2. 1 *Tim*. 4. 1. 1 *Sam*. 14. 24. *Hest*. 4. 16. *Mat*. 9. 15. et vos estis extra ejusmodi jejunia, quæ erant in veritate

tate itaque ſunt duo genera *jejuniorum*, *jejunium* ad bellandum & rixandum, pugnus pravitatis & iniquitatis vinculum: jam nota, annon pugnus pravitatis, iniquitatis vinculum, contentiones & rixæ inter vos, quando in vincula conjicitis & inquiſitiones, uritis & extenditis, quos inimicos veſtros appellatis, cum Chriſtus mandet vobis amate eos, & miſericordiam iis oſtendite, et vos oſtenditis crudelitatem, O abominabiles Chriſti regis, & mandatorum ejus proditores! qui dicit, jejunaturos illos, a quibus ſponſus ablatus eſſet. Sed mandatum ejus huc uſque erat, amandos eſſe inimicos; & eſt inimicus hæreticus & ſeductor, & nunc vos Papiſtæ, papa et jeſuitæ, quam vos eſtis Chriſto diſſimiles? quomodo vos in Doctrina ejus parmanetis & Apoſtolorum, qui *jejunabant*, & ſe ipſos *jejuniis* tradebant & precationibus, & verbi predicationi, qui inter hæreticos verſabantur & calumniatores & ſeductores, & ſciſmaticos: Hi erant in amore erga inimicos ſuos, & non occidebant creaturam neque cum carne & ſanguine colluctabantur, facientes inquiſitiones, æquulea ad combuſtionem ut vos papæ & Papiſtæ & Jeſuitæ feciſtis a diebus eorum huc uſque. Et ſic *jejunium* veſtrum *jejuniis* illorum diſſimile eſt (Sanctorum) ſed judæorum in pugno pravitatis, diſcordiâ, iniquitatis vinculo, & vos diem unum inclinatis capita veſtra & in hoc ſtatu ruptura inter Deum & vos ſarcita non eſt, ſed vinculum iniquitatis manet; illudque, quod deſtruit id quod faciebat rupturam inter hominem & Deum, eſt hoc quod frangit vinculum iniquitatis. Illudque eſt *jejunium* bonum, quod Deus ſuſcipit, itaque *jejunium*, & *jejunia* veſtra, ſe ipſa declaraverunt, quantum ſanguinis hauſtum fuerit & effuſum inter vos, quod clamat ultionem, ut juſti ſanguis abelis clamabat, contra cainum Sacrificatorem. Atque omnis iſte ſanguis a diebus Apoſtolorum effuſus a manibus veſtris requiretur, Teſtimonium in Conſcientiis veſtris id atteſtabitur. O pauperes Apoſtatæ & Papiſtæ, ex Sciſmatibus, & Hæreticis, & Sectis, & reprobis, qui ab Apoſtolis decedebant oborti; & *jejunia* Chriſti de quibus loquitur, & in *Actis* de quibus Apoſtoli loquuntur, vindicant *Tremuli*, atque demonſtrant, *jejunium* Miniſtrorum Chriſti, ut Apoſtoli fecerunt, *Tremulorum* enim plurimi *jejunarunt* triginta

dies,

dies, quindecim dies, decem dies, ſeptem dies continuos; ego qui ſum fæmina (ſcriptor hujus) jejunabam viginti duos dies, quos nunquam Papiſtarum aliquis jejunabat, quadraginta dies, vel triginta dies, vel viginti duos dies continuos, paratus ego ſum omnes Papiſtas in terra provocare, prodeant & gradiantur triginta dies continuos nihil habentes nec panem nec æquam; vel quatuordecim dies, vel viginti dies, vel prodeant & gradiantur triginta dies, habentes nil niſi panem & aquam, & explora & vide num venter ipſius ſit ejus Deus? & notum eſt *Tremulos* nunquam habuiſſe plus roboris, quam poſt viginti duorum, & triginta dierum continuorum jejunium quare vos eſtis mendaces, qui dicitis *Tremulos* abnegare jejunia; nam illi per aliquot Hypocritarum Profeſſorum jejunii ſui accuſati fuerunt, viventium ex adipe terræ, velut Eſau, & omne jejunium veſtrum ſitum eſt in hoc hypocrito jejunio, & ex imitatione ex verbis Sanctorum & Apoſtolorum abutentes, vos inventi eſtis inter eos qui jejunant, qui ſunt extra vitam Chriſti & Apoſtolorum id eſt in bello & rixis, pugno pravo, et ſanguinolentis manibus, qui non aſcendunt in collem Sanctum Sionis.

Et vos eſtis in doctrina Diabolorum, & rem aliam erexiſtis ac Apoſtoli, qui docetis obſervationem dierum & denegatis cibos illis diebus quos obſervatis, & ciborum dies ſeperatis quod non faciebant, Apoſtoli nec Chriſtus; itaque vos aliam doctrinam docuiſtis a doctrina illorum reprobi, aliam eccleſiam erexiſtis ab illa eccleſia reprobi, quod eſt a veſtra & non a vera eccleſia, ſic eſtis ii, de quibus Scriptura loquebatur expreſſe, quod venirent, quos veniſſe videt expreſſe jam Spiritus; qui implevit Apoſtoli doctrinam 1 *Tim.* 4. 6. Dicit Apoſtolus, quicquid in macello venditur, edite, ſum enim dubius de vobis qui dies obſervatis. Atque ita hoc è diametro contrarium eſt doctrinæ Catholicorum.

Atque ita; an non vos ſemper prohibetis quoſdam cibos certis diebus per vos ſeparatis quod neque Apoſtoli, neque vera eccleſiia fecerunt; & an non hi tibi vobis impuri ſunt, quos vos diebus jejunii veſtri non editis; vel an vos potius impuri eſtis? alioqui quare vos eos diebus veſtris non editis? det rationem mihi tota eccleſia Papiſtica. Et quomodo poteſtis,

ſtis, non aſſumentes hypocriſin veſtram, quando dicitis vos jejunare, & cibos ſeparatis in iſtum diem, quo jejunatis, & redditе iterum rationem; atque ubi Prophetæ, Chriſtus, & Apoſtoli ita egerint? & jejunium hoc non eſt proprium opus veſtum, atque adeo per Scripturas veritatis reprehenſum, tanquam veræ eccleſiæ contrarium. Et rurſus quomodo didiciſtis vos illam Scripturam, ad quam vos Chriſtus ablegat, diſcite vos ſacrificatores & jejunantes, ego miſericordiam volo & non ſacrificium; cogam illos ad inquiſitionem (vos dicitis) uram illos, occidam illos, atque torquebo illos, hic ſacrificia veſtra & miſericordiæ veſtræ ſunt crudelitates

Et dicimus nos (qui appellamur *Tremuli* omnes creaturas bonas eſſe per ſe, quamvis homo ſit impurus, tranſgreſſione illis irreconciliatus & hi omnes jejunant, ut principio in tranſgreſſione qui ſunt falſi, & omnia veritatis jejunia fiunt ut homo ad principium redigatur, & qui ſponſum teſtatur non indiget jejunio, illumque atteſtantur plurimi, atque ibi pactum iniquitatis ruptum eſt.

Et vos Papiſtæ habetis plurimos dies jejunii particulares, ut ſunt veſtri quadraginta dies, & veſtra quatuor anni tempora, & veſperas magnorum veſtrorum dierum ſanctorum; & diebus veneris & ſaturni vos abſtinetis a carne, & quidem per mandatum veſtræ eccleſiæ, an non piſcis ex caro (vos ſtulti & cæci) quod edatis hiſce diebus, quibus jejunium vobis mandatum eſt? nonne Apoſtolus piſcem dicit carnem? 1 *Cor.* 15. *cap.* hic vos & eccleſia veſtra occæcatis populum, qui eſtimamini jejunare, cum edatis carnem, ac dicatis, piſcem carnem non eſſe, qui eſtis veris miniſtris contrarii æque ac Apoſtolis & veræ eccleſiæ; veſtra eccleſia & miniſtri veſtri ſunt cæci & ignorantes dicendo piſcem non eſſe carnem, atque ita per veram eccleſiam, miniſterium, & ſcripturam reprehenſi, ut in capite ante memorato, & hæc ſcriptura ſupra capita veſtra elevata eſt, ſupra eccleſiam veſtram ac miniſterium, & vos non abſtinetis a carne quamdiu vos editis piſces diebus jejunii veſtri; itaque vos non eſtis in illa eccleſia, contra quam portæ inferorum prævalere non poſſunt.

Et ſic vos, qui veram eccleſiam audire recuſatis eſtis ethnici, & publicani; & *nehemiæ*, ac *Hejer & Jehoſaphat* vos eſtis

extra

extra ſenitas & veſtigia, nam quibus diebus jejunatis vos editis carnes piſcium, ita miſeræ creaturæ per vos et per eccleſiam veſtram deluſæ ſunt, qui certos veſtros dies jejunii præſcribitis, diſſimiles jejunio in ſcripturis memorato.

Atque ita temperantiam veſtram intemperantem eſſe probatum eſt, ut conteſtantur diſcordia & rixæ, & pugni veſtri pravi declarant, contundunt agnum, Sanctos, Prophetas, Martyres, ovem a diebus Apoſtolorum. unquamne eccleſia vera inter Apoſtolos inquiſitiones fecit, & equulea populo, incendere ignes dicatos populo? populum ſuſpendere, & populum prodere, ut vos facitis? hoc eſt *Jezabelis* jejunium in revelationibus & hiſtoriis regum annotatum; & jejunium veſtrum nunquam reconciliabit Deo, neque faciet ut Deus reconcilietur, ut vos dicitis, *audiat tremulus ſaltem (ſemel) quid fecerint Recabitæ quibus a patre ſuo Jonadab mandatum erat, ne ipſi, nec uxores eorum nec liberi neque omnis poſteritas unquam biberent vinum; non reluctabantur, ut facit* Tremulus. *ſed dicebant, nolimus vinum bibere, quia Pater noſter Jonadab nobis id vetuit illique a Deo laudati erant, & bene-dictum erat illis a Deo Singulariter, quod nemo illorum ſtatu ipſius preſentiæ careret.*

Ad hæc repono. Omnes Papiſtæ, Sacerdotes, & Papæ & Cardinales an vos non vinum bibitis? an vos non bibitis vinum an vos omnes non ſtatis extra illius præſentiam, ſecundum veſtra ipſorum verba? nonne vosmet ipſos abjeciſtis extra illius præſentiam? & rurſus, an non vos dicere vultis Chriſtum fuiſſe vini potatorem? & ſtetiſſe extra illius præſentiam? vos Papæ, Cardinales, Jeſuitæ, & Papiſtæ; & nonne dicere velletis Apoſtolum extra illius præſentiam ſtetiſſe, qui commendabat *Timotheo*, ut ſumeret parum vini contra ejus infirmitatem? & rurſus an non vos Papæ, Cardinales, Jeſuitæ & Papiſtæ ſimiles eſtis Judæ, qui capit offam, & bibit vinum, atque exit et prodit eum, et crucifigit eum, habetiſque veſtros carceres, inquiſitiones, vincula, in quæ illos et illum conjicitis? et nonne dixit Chriſtus, ſe miſſurum Prophetas, et vos aliquos eorum occiſuros et perſecuturos, et cogitaturos tamen vos ita Deo gratum officium feciſſe? atque hæc contra ipſos efficient, quia tam patrem quam filium ignorant itaque an vos Chriſti verba non impleviſtis? an non *Johannes* dicit, Diabolum eſſe, qui clauſtris includit, in revelationibus?

tionibus? et nonne vos impleviſtis Prophetiam Chriſti et *Johannis* a diebus eorum? et nonne Chriſtus mandabat, iis in memoriam ponere, hæc quod prædixiſſet iis (quando uſu venirent) *Joh.* 16. Et ſic vos diſtincti eſtis a Chriſto et vera eccleſia, atque impleviſtis verba Chriſti, et Apoſtolorum plus ſatis; et ſic oſtendiſtis vos ipſos ignorantes ſcripturas ac potentiam Dei, et *Recabitas*, et compertos non eorum veſtigiis neque Chriſti neque Apoſtolorum, ut in *Jer.* 35. et generatio veſtra, mater, atque mandata extra Scripturas inventa ſunt, neque iis convenientia; ſed mater veſtra et præcepta ejus per illas reprehenſa.

Tu dicis, *ſi fuiſſet* Tremulus *Hieroſolymorum quando Apoſtolus Petrus dicebat in nomine omnium Apoſtolorum, videtur nobis idoneum, & ſancto ſpiritui non imponere vobis plura quam hæc quæ neceſſaria ſunt, ut abſtineatis a rebus quæ idolis immolantur, a ſanguine, atque a ſuffocatis & imaginibus*, Act. 15.

Ad hæc. An non omnes vos Papæ, Cardinales, & Jeſuitæ fregiſtis Apoſtoli mandatum? neque abſtinetis ab idolis, fornicatione, ſanguine, imaginibus, et rebus ſuffocatis? an non externum atque internum ſuffocatis, an non ſuffocatis vos in carceribus atque inquiſitionibus veſtris? an non vos erexiſtis imagines et idola, an non vos erexiſtis domos fornicationum in frontibus veſtrarum civitatum? an non bibiſtis vos de ſanguine ſanctorum martyrum atque Prophetarum, neque abſtinuiſtis a ſanguine ullo modo, internè neque externè, et erexiſtis imagines veſtras in cunctis partibus atque angulis veſtrorum dominiorum? et nonne reperta eſt fornicatio inter vos et elata? fornicatio veſtra et ſuffocatio eorum omnium qui ſunt contrariæ vobis ſententiæ a diebus Apoſtolorum? et ſanguinem hauſiſtis contra fornicationem, imagines atque idola veſtra declamantem? nonne bibiſtis ſanguinem eorum qui Chriſtiani dicti ſunt poſt Apoſtolos quod Apoſtolus vetat? itaque non eſtis eccleſia niſi falſa, ſic explorata et reprobata, et per Apoſtolorum doctrinam reprehenſa.

Et laudant *Tremuli* Apoſtolorum doctrinam et jejunium Hyeroſolimis prædicatum neque ſe ipſos illis opponunt, ſed vobis ac veſtris. Apoſtolus enim damnat eccleſiam veſtram Papas, Cardinales et Jeſuitas. et exclamat væ contra eos, narratque

ratque vobis vos esse in viâ *Cain*, & Sacrificium vestrum quod occidit, quod erat semper alienum à verâ fide *Abelis* & Apostolorum, purificat enim & victoriam supra homicidas largitur, in quâ homo amat Deum habetque aditum ad Deum ac unionem; atque hæc docet amare inimicos, quod natura *Cain* non facit, & sic *Trepidantes* improbant vos (cum Apostolis uniti) narrantque vobis, quod ovis et agni nunquam insequerentur lupos, ursos, leones, neque unquam struerent carceres, Inquisitiones, & vincula qualiacunque hæreticis, calumniatoribus, & scismaticis; sed erant illi ut oves inter lupos, vix humanè patiendo.

Atque ubi tu dicis, *Trepidantes contra catholicos evomit circa cibos et potus in ejus Epistolâ, ejt id profunda cæcitas.*

Ad hæc, Vos estis in profundâ cæcitate circa cibos & potus in jejuniis vestris, qui piscem non carnem nominatis; & ingens vestra persecutio abduxit vos vel ab ipsâ quidem notitiâ in rebus naturalibus; egoque audivi protestantes & sacerdotes narrare Papistas esse viros usque ad eo eruditos, sed à me monendi sunt, quod sint delusi. Ego enim reperio vos (postquam jam vos tracto) carentes intellectu in naturalibus, & tamen inveniam vos esse viros naturales, monerem vos, res divinas esse stultitiam vobis; & ulterius monerem vos, *Trepidantes* regnum esse extra cibos ac potus, neque in iis consistere: & monerem vos insuper, quod omnis vomitio sit inter vos, quorum regnum in cibus ac potibus subsistit, quod tantum sordium vos evomuistis, quantum sufficit ad inficiendum veneno omnem populum, qui illud edere vel bibere paratus est; sed liberi Dei & infantes habent alimentum suum supernè, neque possunt edere rem aliquam à vobis per sputum ejectam vel evomitam; nam in omnibus sæculis vomebant, illi, qui transgrediebantur, et tales delabuntur in cibos ac potus & Idola atque imagines, et tales estis vos qui in transgressione estis Doctrinæ Apostolorum et Christi, et qui erexistis regnum vestrum in cibis et potibus et imaginibus, inter quos omnes spuitiones & vomitiones vigent, sed ad hoc sancti & infantes pervenerunt, atque in hoc ubi neque vomitus, neque sputa locum habent.

Trepidantes damnare vos volunt, quia sunt aliqui inter nos,

 qui

qui faciunt vota caſtitatis. Nos catholici reddimus ad hoc, quod Apoſtolus loquatur hîc, 1Tim. cap. 4. *de talibus qui vetat conjugium, ut rem illicitam, ut fecere* Farſianus *et* Manachæus, *et plures alii: ratio qua, ſancta Eccleſia vetat conjugium ſpiritualibus, non prodit à parte ſtatus conjugii, quod illi grande ſacramentum exiſtimant, ſed à parte ſpiritualium perſonarum, qui vota Deo fecere nunquam ſe matrimonium contracturos, quod votum ſacra Eccleſia, ſolicita velut mater ut impleant illi deſiderat, ne veniat ſuper eos quod veniebat ſuper viduas,* de quibus Paulus loquitur, ubi inquit, juniores viduas omitte: nam poſtquam laſcivierunt in Chriſto, nubere volunt, habentes damnationem ſuam quod primam fidem depoſuerunt: *plena hujus rationis concluſio.*

Ad hæc, Papæ Veſtræ, & Papiſtæ, & Eccleſia Veſtra,' quam vos Sanctam appellatis, quæ vetat *Perſonis Spiritualibus* matrimonium contrahere, hoc eſt, Eccleſiæ veſtræ mandatum: igitur per tua ipſius verba, omnes vos qui in conjugio vivitis, non eſtis perſonæ ſpirituales, itaque nec Eccleſia, non eſt igitur Eccleſia Sancta: ſed an non Eccleſia veſtra (quam vos Sanctam appellatis) has domos eirigit, quas vos inter vos *Proſtilula* nominatis? et an hoc votum non exortum eſt per traditionem, non copulari, cum vos ſitis coacti habere *âbſteria* quibus illas includitis, & ſic abſque viro reſervatis illas, ut homines ſejungunt arietes ab ovibus & caballos ab equis, et tauros a vaccis, quod non majorem habeant in votis ſuis poteſtatem? et num Apoſtoli ſtruxerunt tales domos ad ſervandum mares ac fæminas inter ſe diſtantes, ut vos facitis? hoc eſt ingrati odoris, ac fætet in naribus omnium verorum Chriſtianorum, eſtque hoc certum indicium eſſe eos mares ac fæminas non ſpirituales: nam illud quod mortificat (ſpirituale eſt) effrænes & inordinatos effectus, ducitque creaturam in libertatem, neque includit eas *abſteriis*, neque efficit ea velut ſtabula caballis & equis, & tauris ac beſtiis; in hoc vos pudeat veſtri virorumque Veſtrorum Spiritualium, quod vos careatis potentiâ, & ſitis coacti vos muros inter eas extruere; eſtque hoc argumentum ad probandum eos ſpirituales à vobis dictos Carnales eſſe, et voſmet-ipſos, eadem facientes, atque alterum ab altera ſegregantes. Eſtque hoc ad probandum vos eos eſſe de quibus Apoſtolus loquitur,

quitur, quod à fide deſceſſerunt victoriam largiente, quos ſpiritus apertè prædicebat venturos, qui vos nunc impletis eorum verba, qui conjugium prohibitis; atque illos, qui vota caſtitatis faciunt, vos et Eccleſia veſtra talibus locis imponitis, in quibus illi promiſſa ſua impleant, ut vos dicitis; atque hoc non convenit cum Apoſtolo in 1 *Cor. cap.* 7. qui judicium ſuum in multis rebus ſine mandato tamen eloquitur dicitque, *Ego dico, non Dominus*; et nunc dicit Apoſtolus, *unuſquiſque habet proprium donum à Deo, alius illo, alius autem hoc modo, et donum Dei liberum eſt.* Non dicit Apoſtolus, inferte populum in *abſterià*. Sed quoad viduas laſcivas contra Chriſtum, quæ nubere volunt, hæ ſunt tales, quæ recuſant excipere advenas, ut vos, qui occiditis eos, et veſtris carceribus includitis eos, et veſtris Inquiſitionibus imponitis eos, neque levatis afflictum, ſed afligitis, neque opera bona ſequimini, ut vos qui occiditis, in vincula conjicitis, extenditis & equuleis imponitis Sanctos ab Apoſtolis, & ſic non poteſtis propriè appellari vidua, ſed meretrix; & hæ juvenes viduæ, quæ contra Chriſtum laſciviunt, ſunt vanæ ambulatrices de domo in domum, & garrulæ, & fruſtra ſolicitæ, et loquuntur res quas non decent; hæ ſunt viduæ quæ habent damnationem ſuam, quæ rejecerunt primam ſuam fidem, & hîc ſunt fructus earum, quæ inter vos inventæ ſunt, divagantes à fide, ſolum narratio & fabulæ veſtræ, et inanes ab opere Dei bono & tu Scripturam pervertis dicendo, *illæ creſcunt Petulantes in Chriſto*, cum ſit, contra eum; ſed hoc eſt ut reliquum Doctrinæ Veſtræ, *Tim.* 5. Sed adeſdum, tu audies quid Apoſtolus dicat de *viduis, ego dico* viduis, & non nuptis, *bonum eſt iis remanere ut ego, ſi continere nequeunt*, jungantur *marito, melius eſt nubere quam uri*. Hîc autem diſtinctæ diſtinctiones erant inter viduas illas & viduas laſcivas, nam has Apoſtolus vocat ut neceſſitas, et ſic ego video vos Papiſtas et Jejuitas et Eccleſiam non habere Juſtum intellectum Scripturarum, veram diſtinctionem et veram menſuram; et apoſtolus adducit unumquemque ibi commorari in ſtatu in quo Deus vocaverat illum, et ille qui contrahebat matrimonium, faciebat bene, et qui non contrahebat matrimonium, faciebat melius; ac ille qui habebat poteſtatem in voluntatem ſuam, & perſtabat immetus in corde ſuo, ſervabatque virginitatem ſu-

am rectè faciebat, illi igitur, qui poteſtatem habent in voluntates proprias, quid illi neceſſe habent abire in monaſteria? nónne illi habent poteſtatem in monaſteriâ ſuâ? ſed an domus terrena, monaſterium terrenum adjuvare potentiam illorum neceſſe erat? videre potes illam rem eſſe confictam atque imitationem erectam inter vos à diebus Apoſtolorum eſtque infernè extra potentiam Dei; dicitque Apoſtolus in eodem capite, 1 *Cor.* 7. 1. ubi hortatur unumquemque ut remaneat in ſtatu ſuo preſenti, tempus breve eſt, *quod remanet, ut ii qui habent uxores, ſint ut non habentes,* nunc vide, an omnes vos Papiſtæ, Papæ, Jeſuitæ, & monaſteria hæc legere, aut hæc inſpicere poteſtis, & quomodo vos ab illis declinaveritis. Et Apoſtolus non vetabat *Perſonis Spiritualibus* ne jungerentur matrimonio, neque viduis, ſed loquitur de iis viduis quæ erant contra Chriſtum, an non Petrus (*homo Spiritualis*) habuit uxorem et an non Apoſtolus habebat potentiam uxorem ſororem circumducendi? an ille prohibebat illud? et ſic vos qui prohibetis illud perſonæ ſpirituali, ſolummodo imponitis carnali in tranſgreſſione; & ſic ille lectus non eſt honorabilis, ſed immaculatus; et tu dicere poſſis, *Moſen, Davidem, Abrahamum,* et *Jacobum* non fuiſſe *perſonas ſpirituales:* ſed in hoc vos concluditis vos ipſos et eccleſiam veſtram extra ſanctos, per inventiones veſtras et monaſteria, et vota, contra conjugium, & qui vota inter vos faciunt, ſervare illa non valent, ſed vos coacti eſtis juvare eos, eoſque domibus imponere: an vos hac in parte Philoſophis gentium & *Taſſiano* ne eſtis nequiores. Etenim ego narrabo vobis, & Papiſtis omnibus ſuper terram, quod verum eſt, quod honorabile, & quod eſt in lecto impolluto, & tales ſunt perſonæ ſpirituales; nam omnes perſonæ non ſpirituales ſunt in lecto polluto qui eſt poſt principium, & cordis duritiæ, quæ in principio non ita erat, ſed principio ablato ita eſt. *Et quos Deus conjungit, &c.*

Et ſic Eccleſia veſtra papalis reperta eſt in ſtultitiâ, quæ ſpiritualibus perſonis vetat ne contrahant matrimonium; & Eccleſia veſtra eſt Eccleſia non Sancta, itaque homines naturales qui recipere neque percipere poſſunt ea quæ ſunt Dei; omnes qui conjunguntur inter vos matrimonio non ſunt ſpirituales, viri veſtri vxorati non ſunt; & ſic Eccleſia veſtra Eccleſia non Sancta.

Atque

Atque ubi tu dicis, *gratiæ nobis agendæ sunt Papistis quod nos didicerimus ex libris vestris Christum esse viam, veritatem, et vitam atque adamum Secundum.*

Resp. Id quod nos didicimus est à Deo ac Christo, et non à libris Papisticis, ego enim vix vidi unquam aliquem Librorum vestrorum; Propheta enim suscitatus est de quo *Moses* loquebatur, quem Tremuli audiunt, qui est lux, secundus *Adam*, via ad patrem, quæ unicuique illucet in mundum venienti, Judæis ac gentilibus. Et unusquisque versus ad lucem quæ illuxit ei, *versus* est ad Christum Doctorem ejus & unctionem internam, quam Apostolus prædicabat, & auditum fidei et verbum fidei in corde, *Abrahami*, *Abelis*, *Enochi*, &c. Et nunc nos habemus fidem vobis, quod omnis vestra cognitio, intelligentia et Sapientia apprenensa sit ex libris, qui habetis vestitum ovium, sed interne extra Spiritum Dei rapaces, et erexistis vestras scholas et collegia ad efficiendum Ministros Vestros & magnas vestras domos ad prædicandum in iis, à diebus Apostolorum, et habetis pelles ovium in dorsis vestris, et sic per eas decipitis nationes, et adduxistis agnos et ovem in cavas Vestras, Inquisitiones, et Carceres, et usistis, et assâstis illos in igne, & bibistis illorum Sanguinem, quod non erat opus Apostolorum, et sic hæc fuêre Arma vestra ad convertendum populum; ignes & inquisitiones vestra, equulea vestra et gladii, & hæc fuit via vestra ad convertendum populum ad hoc quod vos Ecclesiam vestram appellatis, quæ erat via *Caini*, et Hæreticorum omnium et Blasphemorum, & Diaboli, & non Christi atque Apostolorum, & Ecclesia ejus, & sic vos estis in subtilitate cordis, qui simplicium corda decipitis atque ita intelligimus, mensuramus, et comprehendimus Ecclesiam Papisticam, qui venimus ad Apostolum, antequam illi essent.

Ac ubi vos Papistæ dicitis, *audimus illos de nullè ferâ aliâ re loquentes, quam de Christo ac de luce.*

Resp. Ibi nostrum situm est gaudium ac pax in Christo luce, qui finis est *Prophetarum*, hæres rerum omnium, itaque loquimur de hærede rerum omnium quando loquimur de Christo, ille est ecclesiæ nostræ caput, vita nostra, via nostra, veritas nostra, santificatio nostra, justificatio nostra, sapientia nostra, justitia nostra; hic est in nobis atque inter nos, qui apud omnes terræ

ræ ſectas appellamur Tremuli, qui ſunt ex ſemine Dei regali, qui teſtamur lucem in nobis et vitam in nobis et Chriſtum in nobis, neque ſumus *reprobi*, 2*Cor.* 13. ſed ego novi, vos *Papiſtæ*, *Papa*, *et Jeſuitæ* (qui decepiſtis nationes et mundum) tolerare non poteſtis audire de Chriſto loqui neque de luce intus in vobis; ſed vos docetis populum eſſe illum in pane et vino, & ſic eum veſtris capſis, et domibus, et cubiculis clauſis ac deſerto imponitis, et clamatis, *ecce hîc eſt*, *et ecce illuc*, et in loco occulto, et in cubiculo, cum eſſet intus in vobis.

Itaque hîc ſunt ſigna veſtrorum deceptorum ac luporum, qui habent veſtitum ovium, et ſignum veſtrum, qui eſtis *Antichriſti et falſi Prophetæ*, quos Chriſtus venturos prædicebat, *Mat.*7. 24. et Johannes veniſſe videbat, 1*John. cap.* 2. et *cap.*4. et abibant ab iis in mundum, quos in Revelationibus, 13. *omnes qui habitabant terram ſequebantur vos*, et ibi vobis videre licet quomodo vos *Sanctos* occideritis, atque ibi rurſus vobis videre licet quomodo vos mundum deceperitis per miracula veſtra et ſigna mendacia, et *beſtia* habebat poteſtatem in omnes *linguas*, *generationes et nationes*, et quomodo hæc mulier quam vos matrem veſtram appellatis Eccleſiam biberit Sanguinem Sanctorum, et corrupiſtis terram per imagines veſtras ac Idola, et inebriaſtis ejus inhabitantes. Et rurſus, hic puer mas prolatus fuiſſet, qui ad Deum hoc tempore ſublatus fuit, qui nationes regit in virgâ ferreâ, capietque falſos veſtros Prophetas, beſtiam atque Antichriſtum, et veterem draconem, et abjiciet illum in fornacem ignis et judicium magnæ meretricis jam venit, atque agnus ac ſancti victoriam obtinebunt, et comburetur igne quæ combuſſit, et nunc ſi vos eſtis offenſi quia voco matrem veſtram meretricem, ego dabo vobis inſtantiam; quando filii *Iſraelis* decurrebant ad Imagines ac Idola à lege Dei, appellati erant meretrix, et in *Scortationem* Spiritualem decurrerant; et quando Judæi qui legem Dei habebant et in *terrâ Canaan* Tranſgrediebantur, *Canaan* appellata erat *ſpirituales Egiptus et Sodoma*, *et Judæi*: et ſic vos qui intus rapaces eſtis à Spiritu Dei et habetis veſtimenta ovium, qui ab Apoſtolis abibatis in mundum. Occiditis, uritis, extenditis, in carcerem conjicitis in inquiſitiones veſtras, tales qui Imagines

veſtras,

vestras, Idola, atque Religionem à vobis erectam adorare nolunt, qui rapaces estis à spiritu Dei, et ab Apostolis abibatis; quid nominabimus vos aliter quam Scriptura vos nominat, *Bestiam, Meretricem, Babylonem, falsos prophetas, Antichristum s, cortorum matrem à diebus apostolorum.* Sed nunc per potentiam & spiritum veritatis à quo vos rapacis abiistis, vos omnes estis comprehensi, et Templum Glorioſum ad quod ventum est, et velum et tectum vestrum ablata, et nos jam facies vestras intueri possumus, et videre vos esse lupos, pellis ovina vestra ablata est, et (sicut *Pharisæi*) vos estis in *jejuniis* vestris, percutientes pugno pravitatis, et non sicut jejunia Sanctorum, quæ nos laudamus omnia; et sic gloriatio vestra est, ut Phariſæorum, qui contra justum versi sunt; Sed justus regnat, et testantur *Tremuli* tenebras discussas esse, et veram illam lucem lucere; dies advenit, et ille qui destruit mortem, Diabolum, mortis potentiam, atque opera ejus.

Et tempus venit, quo res occultæ tenebrarum sunt in lucem allatæ, et multi testantur corpora sua esse Templa Spiritus Sancti, quod est *Sanctum*, ubi peccatum non habet locum; et hîc erat Spiritus Apostolorum, et hîc est spiritus *Tremulorum*, à quo vester et *Papistarum* Spiritus exulant, ut fructus vestri illud declarant; et peccatum atque Diabolus debent concuti; sed *Tremuli* testantur illud quod non potest concuti, et multi illorum testantur Sanctificationem consummatam, et *Christum* manifestatum ad destruendum opera Diaboli, et opera Diaboli sunt Blasphemia et Hæresis, Et seductio, atque error, et scismata cujusuis injustitiæ, peccati, atque impietatis. Nunc illos quos vos hæreticos appellatis blasphemos, seductores, falsos *Prophetas*, omnes hos Diabolus efficit. *Loco* quo percussissetis potentiam, quæ omnes hos efficit, vos percutitis creaturas; et uritis et incarceratis, et occiditis illas. An vos estis similes Apostolorum, qui non luctabantur cum carne & Sanguine, sed cum præpositionibus, potentiis et pravitatibus spiritualibus, et rectoribus tenebrarum, multosque ad Deum convertebant, neque destruebant creaturam sed amabant inimicos, et vertebant eos a tenebris ad lucem, a potentia Satanæ ad Deum? inimicus enim Dei est in tenebris ac sub potentiâ Satanæ; et Apostoli veniebant inter multos calumniatores, Scismata, Seductores, et Errores; et illorum arma

erant

erant ſpiritualia, et potentia per Deum, neque occidebant creaturas. Jam licet omnibus legere, quænam veſtra fuerint illa arma. Et Chriſtus per mortem deſtruebat Diabolum, qui mortis habebat robur et ejus opera, et tamen non deſtruebat creaturas, quamvis eſſet inter blaſphemos, errores, et ſeductores; et quando deſiderium ut dimitteretur ignis de cælo erat apud aliquos, ille eos arguebat jubebatque illis agnoſcere cujuſnam illi ſpiritus eſſent, dicebatque ipſis, ſe non venire ad deſtruendas hominum vitas, ſed ad ſervandas, *Luke 9. 46.* & ſic vos ignoratis qualis vos ſpiritus ſitis, ſed arguendi eſtis, et niſi reſipiſcatis vos, eodem modo peribitis. An vos jam eſtis ſimiles Chriſto? an vos habetis mentem Chriſti, illius ſpiritum, ſapientiam, juſtitiam, quæ erat antequam mundus factus eſſet, qui vitas hominum deſtruitis in inquiſitionibus veſtris, eoſque extenditis et eos occiditis et eos comburitis? an vos eſtis ſimiles Chriſto vel Apoſtolis? judicate vos ipſos.

Et dicit ille, *nemo hominum novit, utrum amore vel odio dignus ſit*, Eccleſ. 9. 1. Prov. 21. *quis dicere poteſt cor meum mundum eſt, ego ſum purus a peccato?* 1 Joh. 1. *qui dicet ſe ſine peccato eſſe eſt mendax: ab his ſcripturis licet obſervare Tremulis, quod illi ſint in profundâ ignorantiâ, et vindicatione officii proprii judicis eſſe judicium, quod ſolummodo Chriſti noſtri Domini jus eſt; et Spiritus Tremulorum videtur magis eſſe ſpiritus Antichriſti, quam Spiritus Dei.*

Reſp. Per has Scripturas *Papiſtis* videre licet vos eſſe in profunda caligine, et menſurare ſeipſos ac totam Eccleſiam ſuam inconverſam extra ſpiritum, habentes veſtimentum ovium, ſed rapaces facti ab eo: Nam primum vos dicitis, nemo novit utrum amorem vel odium; hoc eſt in ſtatu ignorantiæ ac tenebrarum non converti; nam qui ſunt converſi, hi norunt Deum, ille dilexit eos, atque illi viciſſim diligunt eum; atque hi qui metuunt ſemper, habebant benedictionem; et qui precantur illum et vident illum, ex puro corde illud eſt, præter vos Papiſtas et matrem veſtram, quæ dicit nemo novit utrum amore an odio dignus ſit; et tamen *tu cæce* proximè ſequentem ſcripturam affers ad confundendum *te ipſum*, et *totam Eccleſiam tuam*, qui dicis *beati ſunt illi qui indeſinenter timent*; et qui beati ſunt, ii ſunt dilecti; et nos fidem habemus *tibi* atque *Eccleſiæ tuæ*, quod *vos ignoretis* an *in amore* vel *in odio* ſitis

ſitis et an *omnis veſtra Profeſſio*, & *omnis veſtra Religio*, *et omnis veſtra Eccleſia*, & *omnis veſtra Doctrina*, & *omnes veſtræ Jeſuitæ*, & *omnes veſtræ cædes*, & *incarcerationes atque ignes* ad hoc pervenerunt? an omnia facta ſunt *per furioſam* hanc ignorantiam? vos qui ignoratis utrum *in amore* vel *in odio* ſitis? & an hæc eſt *veſtra Doctrina* in fine *totius veſtræ Religionis* & *Profeſſionis*? nos vobis credimus; hoc eſt ad probandum *vos* eſſe in ſtatu non converſo. Sed ego dicam *vobis*, quod *nos ſumus* ex Deo, & dilecti à Deo, & diligimus eos qui *à Deo* geniti ſunt, & à morte ad vitam tranſiverunt, et ſumus *à jacobo* quem *Deus* diligebat, & novimus nos amorem atque odium; ſed *vos Papæ*, *Papiſtæ* & *Jeſuitæ*, eſtis in *odio*, qui dicere non poteſtis *corda veſtra* eſſe *pura*; ita *vos* non eſtis *in converſione*, *regeneratione*, neque *tranſlatione* in fœdus *Dei* extra tranſgreſſione, atque illud quod impurum facit. Sed vos eſtis ii qui abiiſtis à vitâ ad mortem, exorti à diebus *Apoſtolorum* in ſtatu *inconverſo*, *nemo novit utrum amore an odio digni ſitis*. Et hîc quibus vos cordibus adoraviſtis omne hoc tempus, & vidiſtis? *qui corda impura veſtra oſtenditis*, *et Apoſtolo contraria*, *qui manus puras elevabat*, *et puro corde adorabat*, *qui aliter accepti non erant*.

Atque hæc eſt Doctrina *Jeſuitarum*, *Eccleſiæ Papiſticæ* ab Apoſtolis declinatæ, qui noſcebant omnia, & Scripturam *in primo Johannis*, cui tu addis, & pervertis illam, quæ dicit, *ſi dicimus nos peccatum non habere*, *nos ipſos fallimus et veritas in nobis non eſt*; *& ſi dicimus nos non peccaſſe*, *mendacem facimus eum*, *&c.* jam vero non dicebat ille [*ille*] ut tu facis; tu uſque adeo es ignorans in his, tu vis dicere Chriſtum fuiſſe mendacem, in eo non erat peccatum; ſed veni ad rem: *tempus eſt populum videre quod peccaverint*, *& nos dicere quod peccaverimus*, *et tempus videre nos habere peccatum*, *et tum ſi fateamur peccatum noſtrum*, *quod nos qui peccavimus*, *et peccatum habemus*, *ſi nos fateamur peccata noſtra*, *fidelis et juſtus eſt ille*, *qui condonet*, *et ſanguis Jeſu Chriſti filii Dei purgat nos ab omni peccato*; tum nos dicere poſſumus corda noſtra pura (nota *nos*) ab *omnibus*; non *à quibuſdam*, ad amandum *quædam*, ſed *ab omnibus*.

Nos autem credimus nunc vos non eſſe ex iis [*nos*] tunc rurſus, *qui à Deo genitus eſt*, *non facit peccatum*: nunc hîc eſt purificatio ab omni peccato talium qui peccaverunt atque habent peccatum, et tum *Creatura à Deo genita*, *quæ non peccat*, & *ſan-*

ſanguis jeſu Chriſti filii Dei quod purgat ab omni peccato, et quiſquis manet in eo non peccat, et quiſquis peccat non vidit eum neque novit eum. Infantes parvuli, nemo dicipiat vos, quicunque facit juſticiam juſtus eſt æque ac ille juſtus eſt, [nota] æque ac Chriſtus: ſed vos *Papiſtæ, Sacerdotes,* et *Papæ,* veſtra eſt Doctrina neminem poſſe eſſe *juſtum*; ita illi ſunt deceptores, atque aliis idipſum prædicant: *et quiſquis à Deo genitus eſt, non facit peccatum, nam ſemen ejus manet in eo, et non potest peccare quia ex Deo natus eſt:* Nunc vos narrare vultis *Johannem* mentiri, et dicere illum habere in ſe peccatum, et neceſſe eſſe ut ille fecerit peccatum, et affertis *impuritatis ſtatum* doctrinæ *Johannis* opponendum. Ita hîc ſpiritus veſter ex *antichriſto* eſſe ſentitus eſt, et guſtatus non eſſe ex Deo; ſed à *Johanne* declinatus, et velum veſtrum hypocriticum ablatum eſt, de quo vos loquimini, et videmus quid latuerit ſub eo totum hoc temporis ſpatium, *lupus.*

Dicit ille, *pergit Tremulus dicitque omnes noſtræ obſervationes, et circumſtantiæ ac adorationes, et jejunia, quis hæc à manibus veſtris poſtulavit, dicit Dominus? an non* Ninivitæ *per jejunia et preces placabant Deum? quum aliàs intra quadraginta dies* Ninivæ *deſtructæ fuiſſent? atque ita factum fuiſſet, ſi Nulli niſi Tremuli fuiſſent* Ninivis, *illi enim rejeciſſent* Jonæ *prædicationem, neque ſeipſos per jejunia et preces cruciaſſent.*

Reſp. Multi Prophetarum ac Servorum Domini per plateas veſtras exclamarunt veneruntque in *ſacco* et *cinere* inter *vos* ut teſtatur *Eliſabet Harrice,* quæ abibat *Londino* in *Anglia* et clamabat in plateis veſtris *venitiis* in *ſacco* et *cinere,* habens mandatum à Domino ut ita faceret, ut *vos* Deo reconciliaremini, atque ab *Imaginibus* atque *ab Idolis veſtris* reverteremini, et *voluntariis adorationibus,* quæ à diebus *Apoſtolorum* erecta ſunt *beſtiæ* ab illis *Apoſtatis;* et *vos* illi mortem minabamini, eratque *potens manus* ac *robur* Domini Dei, quod illa evaderet cum *vitâ ſuâ* extra potentiam veſtram. Circa idem tempus vir juvenis a Deo motus erat ire *Londino Hieroſolyma,* videbatque *veſtras abominationes ibi peractas* ab iis perſonis, quos *tu* viros ſpirituales *nominas,* qui nunquam *ducunt uxorem*; horum tales illum occidiſſe volebant in viâ, ſi primarius rector *jaſeæ* non defendiſſet illum *ex manibus veſtris,* atque exegiſſet à *viris veſtris Spiritualibus* imperialia aliquot pro crudelitate eorum. Et vi-

dent

dent hîc *Trucæ* pravitatem veſtram, et condemnant virorum veſtrorum ſpiritualium praxes, et abhorent à veſtrâ crudelitate, faciebantque miſſum illum ad efficendam voluntatem Domini. *Johannes Parrot*, et *Johannes Luffe* moti à Domino venire ad civitatem veſtram capitalem *Romæ*, ad clamandum inter vos ut Reconciliaremini Domino, et verteremini ab *imaginibus veſtris mortuis*, quos vos in foveam veſtram conjicitis (veſtram *inquiſitionem dictam*) ibique illos tolerare feciſtis illud quod nemini per vos ſcire licet aut videre, qui ſunt eorum vel amici vel noti; veſtra adeo grandis eſt crudelitas, pejor quam gentium contra *Paulum*, qui precabatur *Dominum* ut *liberaret ipſum a hominibus irrationalibus*. An vos eſtis ſimiles *Ninivæ*? an non ſunt jejunia veſtra ut *Phariſæorum* hîc? Imo pejora. An non habetis *ignes* inter *vos* ad urendum *Sanctos*, atque *Inquiſitiones veſtras ad extendendos* illos, atque *in fruſta diſcerpendos*, neque vultis ut amici eorum videant aut noſcant, quid vos faciatis eis, *O crudelitas*! miſericordiæ veſtræ ſunt crudeles, neque didiciſtis *miſericordiam* ſine *Sacrificio*, iniqua eſt vis veſtra. Et *Georgius Bayliie* qui motus erat à Domino venire inter *vos* in *Galliam* et *Johannes Harwood*, quos *vos* in carcerem veſtrum conjiciebatis, uſque dum alter eorum obiret mortem, neque unquam ante quieſcebatis quam bibiſſetis ejus ſanguinem; et an hi ſunt fructus veſtri ſimiles *Apoſtolorum*? *eſtiſne* vos *illi qui excipiunt advenas*? *hoccine eſt opus veſtrum exceptionis eorum*? *an non vos mandata veræ Eccleſiæ ſub pedibus veſtris calcaſtis*? advena autem eſt aliquis qui non eſt ex vobis, quem vos non noſcitis; ſed an vos eſtis ejuſmodi *tremendorum*, *pertrepidantium* atque *igneorum ſpirituum*, ut ſtatim mittatis illos *in inquiſitiones*, ſtatim *in carceres*, aut alioqui offenditis illum qui extra veritatem eſt, non à Chriſto neque ab Apoſtolis; et quantum vos ſanguinis à diebus illorum effudiſtis, qui à manibus veſtris requirendus eſt? neque rejiciunt *Tremuli jonæ* prædicationem, neque jejunium *Ninivæ*, ſed veſtrum habens *hunc pugnum pravum*, et ſic *omnes ceremoniæ veſtræ* abnegatæ ſunt et *jejunia hypocritica* per nos *qui ſumus heredes ſalutis* et *filii* et *filiæ*.

Dicit ille, *ecce quo infernalis inimicus hominem abducere poteſt ſub pretextu ſanctitatis*! *ſed crediderim ego* Tremulum *per ſacras literas probare non poſſe*, *quod Dominus non dixerit*, *quis non jejunia et preces à manibus veſtris poſtulavit*?

Resp. Omnes sacræ Scripturæ veritatis testantur contra *jejunia vestra*, inter quos pugnus pravitatis repertus est, ut in diebus *Prophetarum* et *Christi*, ut est in diebus vestris *ab Apostolis*; ita dicere possumus, *dominus non postulavit hæc à manibus vestris:* nunc enim dabo *vobis* Scripturas aliquas; *vos opprimitis, vos incarceratis, vos extenditis, vos uritis, vos non dimittitis oppressum ut tentantur omnes carceres, et inquisitiones, et ignes, atque ustiones vestræ*; hîc fœdus iniquitatis est *inter* vos, panem vestrum vos non distribuitis esurientibus; sed vos facitis eos *fame* perire *in carceribus* atque *inquisitionibus vestris, vos in vincula conjicitis parvulos illos Domini, et Christum in vincula conjicitis*; si verò illi æternum puniuntur qui non visitant Christum in carcere, neque *vestiunt illum*, neque *alunt illum*, quid fiet *de vobis*, et quis erit *finis vester*, qui *illum* in vincula conjicitis, neque vultis ut alli visitent *eum*? sed *illum ægrotum* facitis, et *esurientem*, et *nudum*? O vos *corda duriora, crudelia et Sanguinolenta! an non fuisset melius molarem lapidem collis vestris appensum fuisse, et vos in mare conjectos esse, quam parvulos illos offendisse?* itaque infernalis inimicus (vos qui *à* luce abivistis) devoravit vos, factos *mors* et *infernum*, et cum iis confœderatos. Et quo vos abduxistis populum? atque omnia vestra sacrificia et oblationes, et servitia non est plus quam si truncaretis canem, et benediceretis alicui imaginum vestrarum atque Idolorum Vestrorum. Per *lucem* vos omnes estis comprehensi atque condemnati, et *sacrificia vestra* sunt *molesta* Deo domino; et *Babylon* vestra venit in memoriam ejus, cujus *Ecclesia, Ministerium* atque *universæ sectæ* in terrâ ab *Apostolis declinaverunt, occiduntque alius alium destruuntque alius alium circa agnitam Religionem et Ecclesiam ac Doctores, atque occidentes alii aliorum inter se Doctores, qui sunt omnes omnino extra potentiam in quâ sancti erant.* Sed nos venimus ad illud in quo Apostoli erant, atque ad potentiam Dei Christum, à quo omnes vos *occisores* atque *interfectores* ob Ecclesiam ac Ministerium atque adorationes exulatis, et circa Religionem vestram in vincula conjicitis usque ad mortem, quod Apostolorum opus non erat vitas hominum occidere, sed illas conservare, quod fuit vestrum à diebus Apostolorum; et jejunium de quo scriptura loquitur, nos laudamus.

Ac

Ac dicit ille, *quod cogitet ſpiritum* Tremulorum *non conteſtari, quaſi dominus Deus ipſe ita illum alloqueretur; ſed Angelus Satan, dicit* Paulus, *mutat ſeipſum in Angelum lucis; nam ſi eſſet bonus Angelus qui doceat* Tremulum *non doceret ipſum obloqui verbo Dei ſed et ſpiritus malus, quo agitur* Tremulus, *Ideo dicit verbum Dei, Væ ſtultis illis* Prophetis, *qui ſequuntur ſpiritum ſuum et non cernunt.*

Reſp. tu ſuſcitaſti hæc verba quaſi dicta [*tibi*] *quis hæc à manibus veſtris poſtulavit?* vos eſtis illi *Diabolus* mutavit ſeipſum *in Angelum lucis*; quos *Apoſtolus* exorientes videbat, quique apparebant ante illius exitum, ut ſequimini veſtros ſpiritus, atque acti eſtis à Diabolo ad faciendum opus ipſius, *qui homicida erat à principio*; nam quando occiderat *intra* tum quoque occidebat *extra*; Ita quando vos occidiſtis Teſtimonium Dei in *vobis ipſis*, tum poſtea vos occidebatis *alios* qui erant in vita Dei *extra vos*, qui ſervabant Teſtimonium Jeſu, Spiritum Prophetiæ; et Chriſtus nominat *Judæos* homicidas, qui occiderant Dei Teſtimonium *in ſeipſis*, et vertebant contra juſtum generaliter, et ſic narrabat *judæis (magnis Profeſſoribus illis Chriſti venturi) quod illi eſſent ex patre eorum Diabolo, hujus illi faciebant opus qui erant occiſores et perſecutores*: et ſic *vos* nunc à diebus Chriſti ac *Apoſtolorum*, qui occiditis, et ſpoliatis, et interficitis, et perſequimini uſque ad mortem, omnes vos à patre veſtro Diabolo eſtis, ejus vos opus facitis, qui non manebat in veritate, ita vos eſtis ex patre veſtro Diabolo homicidæ ut *judæi* erant Perſecutores, habebatque *Pilatus* miſericordiæ plus in Chriſtum quam *judæi*; & *gentes* habebant miſericordæ plus in veros Chriſtianos, qui per ludibrium vobis dicti ſunt *Tremuli* (qui ſunt electi Dei) quam *vos comburentes Papiſtæ*, ut teſtatur *Turca*, qui majorem tali favorem demonſtrabat, ei quando ibat *hieroſolymam*, quam *vos papiſtæ*, qui ibi cuſtodiebatis illum ut *captivum*; qui illic eum in carceraſtis et nequaquam dimitteretis quia non incurvaret ſeipſum dolo veſtro; hæccine eſt congratulatio veſtra advenarum? an *vos* ſimiles eſtis *Apoſtolis* ac *Chriſtianis*? vos habetis nomen ſed à vitâ mortui, atque ita ex illo feciſtis prædium et ſic jactaſtis illum ſurſùm et deorſùm de loco in locum, atque hîc viſa eſt Apoſtaſia veſtra ab Apoſtolis, et judicata univerſa *per Scripturas, verba*

Dei.

Dei, et *verbum* in quod illæ exeunt; et Dominus *nos* facit *puros* ab *omni sorde vestro* et *cœno*, qui venimus ad illud à quo Diabolus & ejus *Angeli* exulant, et *vos* simul, unà cum universâ vestrâ speciosâ Professione, et Religione, atque adoratione denegati estis, judicati estis, quæ sunt omnia per vos erecta (et inventa) qui ab *Apostolis* exibatis, atque à fide ac vitâ eorum estis reprobi, atque erexistis *vestram Ecclesiam* ac *Ministerium*, & quidquid ad illud pertinet per *auctoritatem usurpatam*, quæ exoriebatur ante *Apostolorum* discessum; et sic estis *inter omnes Prophetas stultos, et Prophetas falsos* qui à spiritu Dei *rapaces* abierunt, et sequuntur Spiritum proprium, et sic spiritu *Domini Dei*, et *veritatis*, et *verorum Prophetarum*, *Apostolorum* et *Christi dijudicati sunt*.

Dicit ille, *Tremuli dicunt, nos esse in odio*, et *nos occidere* ac *trucidare homines Religionis Dei de causâ, et nos habere Spiritum alium à Spiritu Christi atque ejus Apostolorum: et perlectio precationum eorum perturbat ac affligit illum justum, et adoratio nominum, et consideratio imaginum, detinet illos à vitâ atque à potentiâ Dei, quæ Christi crux est, et spiritus in quo adorare oportebat, cujus mentem novit Dominus.*

Resp. Imagines vestræ, nomina vestra, preces vestræ per *globulos, formalia hypocritica jejunia vestra*, atque *odium vestrum*, et *occisio*, et *trucidatio hominum Divinæ adorationis causâ* ostendunt vestros fructus et actiones, *vos* esse ex spiritu alio à *spiritu Christi* atque *Apostolorum*; et *papa vester descendet*, qui fuit *celsus*, atque *unus* ex harum rerum *inventoribus*, potentiæ Dei *cruci* Christi contrariarum, et sic *lapidea vestra corda* erexerunt *ligneam atque lapideam vestram crucem*, qui perdidistis *potentiam* Dei *crucem* Christi, *potentiam* Dei, *precationem* in spiritu, quo nos mensuramus vos omnes.

Et cum tu dicis, *Nos Catholici negamus plane, quod nos occidamus homines ob Dei adorationem*; *sed quod quidam maciati fuerint qui adorationem Dei destruxisse volebant, hoc nemo nostrûm negabit*; *nam qualis insolentia atque arrogantia perpetrata est in Ecclesiâ Catholicâ? quot illi altaria prostraverunt, combusserunt Imagines Christi ac Sanctorum eius, violaverunt virgines spirituales, et Sacerdotes varios trucidârunt, atque omnia invertere conati sunt, quod evenit in Ecclesiâ Catholicâ semper à tempore*

Apo-

Apostolorum? quid mirum est igitur si pro talibus facinoribus, aliqui trucidati sunt, atque alii quidam cæsi, qui talia perpetraverant? illicitum est Blasphemare contra Ecclesiam Dei.

Rep. Illud falsum est: occiditis enim vos, et occidistis homines adorationis et servitii Dei vivi de causâ, neque habetis *vos adorationem* neque *servitium* Dei inter *vos* in veritate, itaque homines destruere non possunt illud quo *vos* caretis; & si *vos* eratis in *adoratione* ac *servitio* Dei (*quod est in spiritu atque in veritate*) debebatis vos non occidisse homines, et vitas eorum sustulisse, quamvis illi vos occidere voluissent: an Christus et Apostoli ita faciebant? non, dicit Christus *Regnum meum non est hujus mundi, quod si esset, pugnassent illi, quos ille advocare poterat servos suos.* Et nunc vos ostendistis regnum vestrum, quod est hujus mundi; et an tu *insolentiam* atque *arrogantiam* nominas *imagines* atque *altaria vestra* demoliri? An non hoc opus ac servitium Dei erat ita facere? An Apostoli habebant altaria? altaria terrena atque imagines Christi et Sanctorum ejus inter se? O vos miseros! vos perdidistis imaginem Dei, et potentiam Dei: probate per Scripturam, ubi illi talia inter se habebant, quæ Apostolus erexit per mandatum Apostolorum? An non erat officium *Magistratuum* confringere *imagines* atque *altaria*? et an est vestrum officium eadem erigere, atque occidere homines, quod ea demoliantur? quomodo hæc stella cecidit in terram, de qua *Johannes* loquitur? et quam longè candelabrum vestrum à vobis remotum est? narro vobis simpliciter, illos qui adorant Deum in Spiritu et in veritate sustinere imagines vestras et altaria vestra non posse, sed illa dejicere et illorum inventorem, quæ illa erigit mentem; et Christus qui dixit *fœminæ Samaritanæ* quæ respiciebat externas adorationes *Hierosolymæ*, *Samariæ*, et in monte, ubi fons erat *Jacobi*, illos adorare id quod ignorabant, sed salus erat *Judæorum*, et qui adorant patrem, adorabunt eum in spiritu ac veritate; et vos, qui appellatis vosipsos Christianos, vertimini in imagines atque altaria terrena, apage! cum fallacia vestra, omnes qui timent Deum prosternent illa, et tum vos tumultuabimini ut gentes ob mortuas imagines atque altaria vestra; an non Apostolus *Hebræos* ab altaribus terrenis deducebat ad Christum, atque à tabernaculo et rebus externis ad substantiam? atque

que animæ veſtræ exclamant ſub altaribus veſtris terrenis, quod eſt *Eſavus* cædens et occidens juſtum, quamvis vos ſæpe id lavaveritis lachrymis (*Eſavi* inſtar) atque illorum qui violaverunt varias earum virginum quas vós ſpirituales nominatis, & occiderunt multos veſtrorum Sacerdotum.

Quantum ad ſtupra et mactationem, et ſublationem vitarum ob religionem non erat inter *Apoſtolos* et abnegatum à nobis, qui ſumus in eorum potentiâ: ſed illa ſunt ſimilia propriorum veſtrorum fructuum et actionum, ut multi pauperum gentium poſſunt teſtari et pauperes martyres et Sancti. Et quoad virgines ſpirituales, eorum fructus et veſtri demonſtrarunt inſpirituales, diſſimiles ſpiritui; nam qui ſunt in ſpiritu, aſpecti erant ut homines mundum invertentes, ut electi (*dicti Tremuli*) ſunt nunc; nam illi populum abducebant (*judæos* et *gentiles*) extra *omnes* eorum *typos*, *figuras*, atque *umbras*, et extra *omnes eorum imagines*, *decimas* et *Sacerdotes*; ita idem clamor repertus eſt nunc hâc ætate inter vos, ut erat in diebus *Apoſtolorum* inter *gentes* & *Judæos*, qui vivebant in *imaginibus*, *Templis*, *decimis*, & *Sacerdotibus*, ut vos nunc facitis, *clamantes*, *juvate viri Iſraelitæ*, *hi ſunt illi qui* ſubvertunt mundum; et ſic vos clamatis, juva papa! juvate homines carnales! juva brachium carnis! ſuſtinete imagines veſtras, ſuſtinete *decimas veſtras*, ſuſtinete *templa veſtra*, nam *hi Tremuli* ſunt illi qui mundum ſubvertunt. Ego dico, ita: nos venimus ad *Apoſtolorum* Doctrinam atque potentiam, et nos non poſſumus Chriſtum non viſitare in carcere, qui cæſus fuit à jactis mundi fundamentis, ad verticem ejus nos pervenimus, atque ante jactum mundi fundamentum nos eramus electi, cujus cacumen regnat, et Chriſtus veritas regnat nunc ſupra omnem veſtram fraudem, ſupra mundum univerſum, qui mortuus erat, vivit, et vivit in ſæcula ſæculorum; et ſic vos omnes eſtis ut vetus mundus tumultuantes; et Sodoma contra *Noachum* et *Lot*, ita vos eſtis contra juſtum; et id dictum verum eſt quod vos dicatis, *tumultuantes*; et ſicut turbati Sacerdotes, turbati gentes, turbati Phariſæi; et non ſimiles Apoſtolorum, qui venerunt ad illud quod erat ante mundum conditum, ubi nullus tumultus eſt, hîc enim eſt in mundo, in veſtrâ *Eccleſiâ*, et non *in Eccleſiâ* Apoſtolorum, Eccleſiâ Dei, quæ *columna* et *fundamentum* veritatis

ritatis est, *quam contra inferorum portæ prævalere non possunt, non potest illa in.erti*; sed vestra Ecclesia quæ constat tumultu, et mundus, qui debet inverti; itaque non *Ecclesia vera*, sed similes *Pharisæorum* & *gentium*, qui erant contra *Apostolos*, et *Ecclesa* Dei nunquam tumultuabatur; et vos *Papistæ*, si vos audetis finere Ecclesiam vestram sine armis carnalibus vestris, et videre an portæ inferorum ei non sint prævalituræ? non, an non ille prævaluit ei jam nunc? quod vos facti sitis maxima Synagogarum quas ille habet in mundo sic sustentata per arma *Caini* non *Abelis* et Christi, sed ut *judæi* et *primarii Sacerdotes* (de quibus vos loquimini) qui gladiis ac fustibus contra Christum advenitis, *plagæ Dei sunt vestra portio*! et Ecclesia vestra papalis constructa fuit ex blasphemantibus, qui ab Apostolis exibant, quos *Johannes* videbant *in Revelationibus suis*, *blasphemantes contra Deum ac Tabernaculum ejus*, et occidentes mactantesque sanctos ejus; sed *Apostoli* et *Christus*, quando veniebant inter *blasphemantes*, non urebant illos, extendebant illos, imponebant illos Domui, dictæ inquisitio: unquamne notum fuit in terrâ tale sodalitium homicidarum, ut *papa* atque ejus solium et panni quibus ille Ecclesiam suam construit?

Et *Ecclesia papæ*, non est vera Ecclesia sed falsa Ecclesia post Apostolos exorta.

Et tu dicis, *Homo qui aget ex prejudicio et non auscultabit mandato Sacerdotis, ille homo morietur morte per sententiam judicis.*

Resp. Hoc simile est Doctrinæ *Papisticæ*: sed *Sacerdotium* mutatum est, cujus labia notitiam conservare debebant, habebatque *suum pulpitum*; sub quo Sacerdotio levitico populus legem excipiebat, cujus legis finis est *Christus* unicuique credenti & *Sacerdotium* illud mutabatur, factum per legem Dei, & lex mutata est quoque, et lex spiritus vitæ intravit, et *Christus Jesus* Sacerdotium æternum, quem populus audire debebat, et quisquis non audit eum à populo abscindendus est armis spiritualibus, non carnalibus, non ita dicit ille (quamvis Sacerdos in lege) moriturum hominem qui loqueretur ex præjudicio, neque auscultare vellet Sacerdoti, qui adorator fuerat imaginum et cultor alienorum Deorum, et non auscultans ille Sacerdoti, qui est ut surgat ad ministerium ille ipse homo moreretur, et omnis populus audiret atque timeret

neque ita amplius ageret ex præjudicio. Jam *Chriſtus qui eſt finis hujus Sacerdotii*, Miniſterium illud, dicebant diſcipuli illi qui ſurgebant ad miniſtrandum, quando præjudicioſi ſtabant contra Chriſtum; mandatum erat ignem deſcendere de cælo ad comburendum illos, dicebant illi *Chriſto æterno Sacerdoti & judici*. Non, dicebat *Chriſtus Sacerdos æternus* vos ignoratis, cujus ſpiritus vos ſitis *ego non venio ad deſtruendum vitas hominum, ſed ad ſervandum eas*, qui cædit ac percutit gladio, qui verba ſunt oris ſui, atque ita, quamvis eſſet occiſio & percuſſio blaſphemantium tempore legis per arma carnalia, tamen *Apoſtolus*, qui ibat inter blaſphemantes, qui dicit, *unaquæque anima poteſtati ſupereminenti ſubjecta eſto, illi quæ erat à Deo ordinata*; anima enim eſt immortalis, & potentia eſt immortalis, cui illa ſubjecta eſſe debebat; et loquens de auxilio Magiſtratuum ad gubernandum, tamen non dicebat, vos occidetis blaſphemantes & hæreticos, quamvis *Apoſtolus* ambularet inter multos hæreticos & blaſphemantes & errorum ſectatores, & *Chriſtus*, qui veniebat inter *judæos* (*Sacerdotes*) collegium calumniatorum, qui loquebantur ex præjudicio, dicebantque illum eſſe Diabolorum principem; *Chriſtus*, qui finis legis eſt non deſtruebat omnes hoſce calumniatores (*qui habebat ſibi datam omnem poteſtatem in cælo & in terrâ*) per arma carnalia & Inquiſitiones jubebatque populo ignes facere quibus injiciantur. Nunc ille mortem deſtruit, et eum qui mortis habet robur, Diabolum atque opera ejus, quæ ſunt blaſphemia, error, ſeductio, præjudicium; tamen Chriſtus non deſtruebat creaturam, deſtruebat hominum vitas.

Quare vos nunc *Papiſtæ*, & Eccleſia veſtra probata ſunt eſſe extra Doctrinam Apoſtolorum & Chriſti, qui quatiebant & proſternebant pravitates ſpirituales, potentias tenebrarum, & rectores tenebrarum, & mortem, & eum qui mortis habet robur; atque huic Sacerdotio auſcultandum eſt, *Chriſto Jeſu*, & non Sacerdotio primo, quod cædit & occidit tales qui ei auſcultare nolunt; quod Sacerdotium mutatum eſt, et lex quâ illud factum erat, itaque non audiendus eſt ille, qui occidit hominum vitas, ſed ille qui venit ad ſervandum illas *hic eſt filius meus dilectus dicit Deus, audite illum, dicit Deus*. & *Apoſtolus* qui populum abducebat *à Sacerdotio primo* dicit, *Deus qui diverſis temporibus*

poribus et diverſis modis locutus erat illis per patres & prophetas, jam nobis locutus eſt per filium; & Moſes *dicit, audirent illi filium in omnibus*; & *Stephanus* quando *ad mortem uſque lapidatus erat, dicitque Deus, ſe daturum illum fœdus, futurumque illum populi ſui ducem*, omneſque ab illo doctrinam accepturos, inimicoſque amaturos, redditurum ſe unicuique juxta opera ſua. Et vos mercedem habebitis juxta opera veſtra: et ſic *Apoſtolus* fatebatur ſe fuiſſe calumniatorem poſtquam converſus eſſet; & ſi illi conati fuiſſent omnes blaſphemantes occidere ut vos nunc occidites (quos vos blaſphemos nominatis) tunc vos occidiſſent *Apoſtolorum*, (qui Blaſphemantes eſtis ipſi, qui eſtis ſimiles *Paulo* ante converſionem, perſequentes alios quos ille in Blaſphemiâ eſſe putabat, cùm ille ipſe in eâ eſſet, ut fatebatur poſteà. Et ſic *Eccleſia veſtra* eſt ut *judæorum* & *Caini*, perſecutorum. Jam lex & potentia celſior vobis omnibus ſupergreſſa eſt *Caino* & *vobis omnibus*, *judæis* & *vobis Ambobus*; quæ lex erat, ante ullam tranſgreſſionem; & ſic *vos* inventi eſtis in *præſumtione*, uſurpantes auctoritatem, qui erigitis aliud Sacerdotium à diebus Apoſtolorum, et occidiſtis ac mactaſtis illos qui vobis conformes eſſe noluerunt; nunc erat opus *Chriſti* ac Apoſtolorum (quos nos abnegaſtis) *qui non lucrabantur cum carne et ſanguine*, (ut vos facitis ab illis Apoſtatæ;) ſed cum *principalitatibus & poteſtatibus, & pravitatibus ſpiritualibus, rectoribus* tenebrarum in locis Excelſis; & ſic illi deſtruebant fundamentum præſumptionis & erroris, & Blaſphemiæ, & Seductionum; & Chriſtus deſtruebat Diabolum, qui abibat à veritate, & mortem, ubi erigit auctoritatem ſuam atque opera ejus, ſuper hæc omnia Dei ſemen ſupervenit ut hîc ſtabiliatur, & fundamentum & cauſam erroris, preſumptionis ac Blaſphemiæ Chriſtus deſtruit, qui venit ad ſervandum vitas hominum, qui illuſtrat unumquemque venientem in mundum; qui credentes in lucem ſunt ſalvi, qui non credunt, condemnandi. *Et hoc eſt verbum Domini Dei ad vos omnes*; & hæ Scripturæ in *Romanis*, & *Hebræis* vindicatæ ſunt; & *Sacerdotium æternum, ſemen* Dei *Chriſtus Jeſus* ſuſcitatus ad conculcandum *omnes præjudicio laborantes, omnes blaſphemantes*, & qui *ex præjudicio* ei obloquuntur, *huic Sacerdoti Jeſu Chriſto*, illi morientur coram judice qui vult occidere *gladio*, & percutere *gladio*, qui eſt *verbum oris ſui*; & *habebunt victoriam Agnus & Sancti*, quan-

do capta est *Bestia*, & *Propheta falsus* cum eo, & *Diabolus*, & *Draco* & *Satan* deceptores nationum, illos non ultra decipient, sed vivi in ignem injicientur fornacem, qui comburit cum sulphure, agnusque ac sancti habebunt victoriam; & *gaudete super eos, vos Prophetæ* & *Sancti*; atque *omnes plagæ*, ac *Dolores*, *Phialæ* atque *tonitrua* & *ira* Domini Dei omnipotentis in vos ventura sunt, et sanguinem vos bibendum habere debetis,, qui bibistis sanguinem; *& qui occidit gladio debet perire gladio*; *& hîc est fides & patientia Sanctorum, qui vincunt agni Sanguine*; sed vos vicistis nationes gladiis vestris à diebus *Christi* atque *Apostolorum Apostatæ* ab illis; et Apostoli per *arma sua spiritualia* superabant *potestates* tenebrarum & non *carnales*.

Ubi tu dicis, *Magistratus gladium non frustrà gerit, est enim Dei Minister ad ultionem eorum qui agunt malè. Ne dicat Tremulus denuò nos habere spiritum alium, quam Christus atque Apostoli, usque dum confutasset hoc, & per claram Scripturam probasset, quod tales qui quærunt subvertere omnia quæ ad Dei adorationem pertinent, & perturbant mundum, qui opprimunt innocentem, & an non tales occidere atque punire licet? & quando ostendit hoc, tum inde sequetur, quod illi frustrà gladium gerant, planè contra doctrinam Apostoli Pauli, qui habebat alium spiritum quàm hi qui sunt multæ sectæ qui Tremiscendo totum mundum perturbant.*

Resp. Apostolus, qui dicit, *unaquæque anima subjectia esto Potestati supereminenti*, quæ anima est immortalis, et potestas immortalis, *illi erant hi qui perturbant mundum, judæos & gentiles*; et Christus totam Hierosolymam perturbabat, ut *Herodes coactus esset congregare omnes Primarios Sacerdotes.* Nunc *vos & mundus*, qui vultis perturbare, *vos ostenditis cujus Ecclesiæ vos sitis*, vos estis similes *judæis* & *gentilibus* in transgressione, et non *Ecclesiæ*, *columnæ* & *fundamento* veritatis, quod concuti nequit. Et *Prophetæ* tremebant, *David*, *Jeremia*, *Daniel*, & in diebus *Isaiæ*; & *Paulus Apostolus* inter *Corinthios* et jubet sanctos, *operari salutem suam timore ac tremore*; atque hi perturbant mundum; & *Christus*, qui dicebat *falsos Prophetas venturos*, quos *venisse Johannes* videbat, *abituros* ab illis in *revelationibus*, quos mundus universus sequebatur; dicit *Johannes in Revelationibus*, terræ motus adsit necesse est, et talis, qualis non fuit à jacto mundi fundamento. Nunc omnes vos inter

quos

quos talis tumultus factus est per eos qui *Tremunt* ad verbum Dei, quos Deus respicit, vos estis omnes conçutiendi, cum *omnibus imaginibus vestris, atque adorationibus doctoribusque, & fundamento* eorum omnium, ut omnes *Judæi* ac *gentes*, qui stabant *in inventibus suis* ac *typis*, atque umbris debebant concuti, *inter quos* tumultus erat, ut est nunc *inter vos*, qui omnes estis in falsâ adoratione *bestiæ*; neque destruebant Apostoli simplicitatem neque innocentiam in Populo. *Judæi* possent dixisse, ut vos dicitis *Papistæ*, Apostolum destruere adorationem Dei qui illos abducebat *à templo eorum, decimis, Sacerdotibus*, Sacrificiis, quæ Deus mandaverat ad substantiam; & *Gentiles* potuissent dicere Apostolum destruere adorationem *Deorum Suorum*, ut vos nunc dicitis *Tremulos* destruere adorationem Dei, qui abducunt vos *à Templis vestris inventis, decimis, Sacerdotibus*, atque imaginibus et dicere illos destruere simplicitatem. Dico ego, non, illi non destruunt illud; & *judæi* sustinebantur per legem, per Sacerdotes ac *Magistratus*, eorum adorationem, et sic erant *Gentiles* ut estis *vos*; & hi omnes acclamarent potestatem celsiorem & Magistratus gladium; Nam *judaici Magistratus* & *Gentiles* vertebant contra Apostolos, ~~ut~~ vestri nunc faciunt contra *Tremulos*; attamen ego dicam vobis; potestas celsior, Magistratus gladius superit vos omnes, & potestas celsior super *judæos*, super *Gentiles*, super *vos Papistas*, super *vos omnes*, & ulta fuit de vobis omnibus; atque unusquisque inventor Ethnicus vult acclamare, *potentiam celsiorem*, qui vivit in suis imaginibus atque Idolis: & Apostolus qui testabatur *potentiam celsiorem*, abibat inter *omnes Præpositiones* & *Potestates*, *Thronos* ac *Dominia*, & prædicabat ac stabiliebat *potentiam* super eos omnes; sic neque *vos*, neque *judæi*, neque *gentiles* adoratis Deum, qui non videtis Christum, qui est finis *Sacerdotii primi*, finis *Omnium verorum Templorum externorum*, *decimarum* ac *Sacrificiorum*, & qui vivitis in imaginibus ac Idolis: *Nam qui adorant Deum necessariò eum adorant in spiritu & in veritate*, à quâ Diabolus exulat; illudque non potest destrui, portæ inferorum contra illud prævalere non possunt. Ita adoratio vestra quæ non est in spiritu ac veritate, sed in *imaginibus*, ac *Idolis* & *Templis*, (instar gentium) quæ Apostoli veniebant destruere & sub vertere *judæos*, qui stabant in

rebus

rebus externis, qui vos *Papistæ*, ab illorum discessu aborti, qui adoratis *vera inventa*, & *rapaces* abiistis à spiritu, adoratione verâ, in quâ veri adoratores adorant; atque ita ibi *cæditis* & *occiditis homines*, qui sunt extra *veritatem* ac *Spiritus de imaginibus veris atque Idolis*, & *rebus externis*. Nam qui adorat *Deum* in *Spiritu* ac *veritate* (unde Diabolus atque homicida exulant) *occidit neminem circa Religionem*; neque *Apostoli occidebant aliquos*, neque *mactabant illos*, qui opponebant illis in adoratione suâ, neque *Mandabant Magistratibus occidere vel cædere aliquos, qui non erant suæ Religionis*; *atque illi erant mactati, cæsi & occisi per falsos adoratores judæorum & gentilium, ut vos adoratores falsi, rapaces à spiritu, atque facti apostatæ ab illis*, & sic adorationes vestræ, cædentes atque occidentes homines ob Religionem vestram, non sunt similes Apostolorum, sed similes judæorum & gentium, atque adoratio Diaboli, qui adorat extra veritatem; estque potentia celsior supra hæc omnia, cui anima subjecta esse debet; suntque illi veri adoratores, neque destruunt ullam Creaturam ob Religionem; vos nunquam legitis Apostolum & Christum ita fecisse, qui est finis legis et Prophetarum, qui stabilit potestatem celsiorem, illosque mandasse potestati celsiori tollere hominum vitas Blasphemiæ causâ, sed veniebant illi ad servandum eas; neque luctabantur cum carne & Sanguine, sed cum Præpositionibus & Potestatibus atque rectoribus tenebrarum, quos contra luctabantur illi: Nunc vos qui destruitis hominum vitas, & luctamini cum *carne & Sanguine ob Religionem vestram, vos estis in Potentiâ tenebrarum, & non adoratores veri in spiritu ac veritate*, contra *potentias tenebrarum vos* Non luctamini se cum carne & Sanguine, ac destruitis vitas hominum, neque servatis illas, sic non estis veri adoratores Dei in spiritu ac veritate, neque animæ vestræ venerunt ad potestatem celsiorem, sed potestas celsior vobis omnibus supergressa est, & sic vos estis omnes ignorantes potentiæ celsioris quæ supergreditur omnes Transgressores in terrâ, & respondet principio Dei in unoquoque, quid transgressus est, fuitque sub potestati bestiæ, quæ fuit supra omnia genera, linguas, & nationes, atque hanc vos appellatis potestatem celsiorem, et hanc per potestatem omnis Sanguis à diebus Apostolorum effusus fuit *ob Religionem*; &

quævis

quævis Natio, Generatio, Lingua, & Populus inclamabit, poteſtatem celſiorem, quæ eſt beſtia per quam Sanguis omnis effuſus fuit à diebus *Apoſtolorum*, & *Sancti omnes fuerunt occiſi*; quod non fuit opus *Apoſtolorum*, neque *Potentia* Chriſti.

Et nunc *Potentia celſior* ſuperivit *vos*, & *vita*, & *veritas ambæ*, in quibus Deus adoratur.

Tu dicis, *quod tremulus velit nos arguere, quia legimus preces noſtras; ſi hoc ſit verum, Tremulus perinde judicat Chriſtum.*

Reſp. nos non judicamus Chriſtum, non enim ille perlegebat preces per *globulos*, neque flectebat genua ſua coram cruce, neque *David* ſimiliter, & *Apoſtoli*. Sed *Apoſtolorum* doctrina erat precari in ſpiritu, atque ita veſtræ & Sanctorum precationes differunt, Apoſtoli enim et ſancti *puras* attolebant *manus*, & *precabantur illi ſine irâ ac dubitatione*, atque pro *inimicis*, & *vos contra inimicos precamini*, illique *precabantur* pro iis, & vos attollitis *pugnos pravos* & *manipulos* ſanguinis, *polluta labia*, & *plena iracundiæ*, et hoc non erat opus *Apoſtolorum*; *diligite inimicos*, & *ſine iracundiâ*, & *precamini in ſpiritu*, & *precamini pro inimicis*: tollite vitas eorum clamatis vos, imponite illum in inquiſitionem, ſtrue ignem, ure illum, extende illum, ſi nolit reverti & aſſumere veſtra imagines ac Idola, quæ à diebus Apoſtolorum erecta ſunt; vos enim non poteſtis dici precari pro inimicis, & amare inimicos, dum ſit principium veſtrum eos occidere: ita vos *Apoſtatæ* conculcaſtis Doctrinam *Chriſti* ac *Apoſtolorum* ſub pedibus veſtris *Mat.* 5. neque eſtis in miſericordiâ.

Porro tu dicis, *quod* Tremulus *dicit nos precari nominibus, concedimus nos illis precari, ſi intelligat nomina Sanctorum; eos deſideramus orare pro nobis quùm ſint Dei Amici; Nam viginti quatuor ſeniores coram agno procumbebant, habentes ſinguli citharas, atque aureas phialas, quæ ſunt preces Sanctorum, dicit textus*, Rev. 5.

Reſp. Non legimus precatos eſſe Sanctos hiſce ſenioribus, qui habebant aureas phialas plenas odorum cum precationibus Sanctorum; & vos nunquam legitis, Apoſtolus aut Chriſtum dediſſe unquam tale mandatum, quod illi precarentur Sanctis (poſtquam illi deceſſerant) precarentur illis, precarentur

carentur pro illis. Et ſic, ſi rogaret aliquis, erat Chriſti mandatum, *rogaret in ipſius nomine; & tu non ſervies alicui alii Deo præter me*, dicit dominus, & volo ego *ut ſim Deus veſter, rogate me, & quærite me.* Nunc an Apoſtoli precabantur *Moſi, Abrahamo, Enocho, Abeli, Jeremiæ*, aut *Eſaiæ?* an Apoſtoli, quorum poſtquam aliqui mactati eſſent, reliqui Apoſtolorum rogabant eos, qui erant mactati? date mihi exemplum in Scriptura, & probate id per illud (verba Dei ſcilicet) & dic mihi, ubi ſcriptum ſit, an unquam Chriſtus mandaverit rem talem, qui eſt verbum, vel alioqui fatemini vos ipſos eſſe erectores inventionum apertè toti mundo, neque id ratum facere poſſitis per *Scripturam* vel exemplum alicujus Apoſtolorum; ſed eſtis in Apoſtaſia ab *Apoſtolis*, quem expreſsè denegandum eſt per potentiam & ſpiritum, cui illi inerant, in quo Sancti precantur.

Atque ubi tu dicis, Tremulus *ſimiliter cogitat nos adorare Imagines; ſed Imagines, quas habemus Chriſtum referentes, illæ ſunt, quod nos videntes illas haberemus memoriam vivam acerbarum paſſionum Chriſti, & per hoc reſipiſcentiam noſtram exitat.*

Reſp. Videtur quando vos eſtis in precibus veſtris, vos nolletis meminiſſe Chriſti, niſi vos haberetis imagines Chriſti atque Apoſtolorum, et paſſionum ejus vos obliviſceremini, atque illæ redigunt mentes veſtras terrenas in memoriam ejus, Apoſtolorum, ac paſſionum ejus, hæ terrenæ imagines faciunt, & vos ad reſipiſcentiam exitant. An Apoſtoli & Chriſtus faciebant imagines Chriſti ut precantibus illis hæ imagines exitarent mentes eorum, & Chriſtum ac paſſiones ejus in memoriam redigerent? an habebant ſancti in omnibus Epiſtolis ſuis, an habebant imagines Sanctorum quæ redigerent Apoſtolos in memoriam eorum precari illis, et crucem terrenam, quæ redigeret in memoriam illorum crucem Chriſti, precari illi ac per eam ad reſipiſcentiam exitari? videntur terrenæ imagines et cruces vos ad reſipiſcentiam exitant & redigunt Chriſtum in memoriam veſtram, ſed oſtendunt hæc vos nondum veniſſe ad reſipiſcentiam ab operibus mortuis. An veriſimile eſt quod res terrenæ imagines & cruces exitarent ad reſipiſcentiam, aut redigere Chriſtum in memoriam populi, myſterium, Dei potentiam? atque hæc oſtendunt vos carere

rere potentiâ Dei, mente Christi *in vobis*, vita ejus *in vobis* & justitia *in vobis*, & Christo *in vobis*; (nisi sitis reprobi) & sic reprobi debebant habere imagines mortuas atque Idola ad renovandam mortis illius memoriam; itaque Apostolus veniebat ad notitiam status, non denuo jacientes fundamenta ad resipiscentiam, sed pergebat ad perfectionem; sed vobis hoc est mysterium, et quomodo vos de resipiscentia potestis garrire, cum vos cædatis atque occidatis in inquisitionibus vestris? an imagines vestræ mortuæ non excitarunt vos ad meliorem resipiscentiam, cædentes, occidentes, urentes, inquisitiones? an hæc similes est resipiscentiæ, cujus nunquam pœnitere necesse est, in quâ Apostoli erant, qui precabantur pro inimicis suis? sed *vestra resipiscentia* est *irresipiscentia* ad *serviendum operibus mortuis* non *resipiscentes ab illis ad serviendum Deo vivo.*

Atque ubi tu dicis, quod *imagines mariæ Virginis & Sanctorum Apostolorum, aliorumque Sanctorum, intuentes imagines eorum, animaremur ad sequenda eorum vestigia, videntes illos in cælum ingredi per varias tribulationes. Consideret* Tremulus *melius igitur antequam condemnet iterum Catholicos.*

Resp. Tremulus consideravit, videtque omnes *vos Papistas* esse extra lucem, & sine *Apostolis*, ita per eam condemnandos, & imagines vestras *mariæ*, *Apostolorum* ac *Christi*, qui per magnas tribulationes intrabant in regnum, quibus vos imagines sculpsistis ex ligno & lapide (ad renovandum vobis eorum memoriam ut vos dicitis) sed non sequimini eorum vestiga; vos enim infertis in magnas tribulationes, in *Equuleos*, *Rogos*, *Inquisitiones*. Et sic non sequimini *Mariam*, neque *Christum*, neque *Apostolos*, sed sequimini *Cainum* & persequentes *Pharisæos*, & vos non sequimini *veritatem* & eos qui adorant in eâ, sed *Diabolum* qui est *extra eam*, *homicidam* cujus liberi vos estis, qui sedet in throno ejus exequens voluntatem suam, & multi victoriam consecuti sunt & liberati per veritatem atque testantur Thronum Dei, potentiam ac Dominium ejus. Nam, an *Maria*,, Christus, & Apostoli (quorum vos ligneas imagines & *lapideas* imagines fecistis) populum in magnas tribulationes adducebant in Rogos atque Inquisitiones? O! non; vos mundum fallere potestis, sed non potestis electum. Ego pro-

voco *omnes Papistas* prodire in terrâ, ita vos estis ii qui vitam Christi facitis pati in sanctis ejus, & incarceratis illum, & pati illum facitis supra quam potest memorari, illosque, qui tribulationes pervadunt. Attamen vos narratis mundo vos eum sequi, sed Christus dicit vobis *vos sequi Diabolum*, atque *ejus opera vos facitis*, *non Christi*, ut tu legere potes in *Johanne*, qui estis homicidæ, et facientes opera patris vestri, & non opera Christi ac patris ejus, atque ita Christus narrat vobis vos ex patre Diabolo esse, qui estis homicidæ et persecutores, neque visitatores Christi in carcere, sed includentes illum carceri.

Ubi tu dicis, *hæ imagines et res quæ sunt visibiles, ut imagines & cruces, non sunt adorandæ, sed illud quod cui referunt est laudandum & honorandum.*

Resp. Videamus nos an vos possitis honorare, & laudare, atque adorare Deum sine imaginibus vestris, & meminisci Dei et Christi & Apostolorum sine imaginibus illorum, tum vos explorabimini, an vos adoretis illo necne? Dejicite omnia mendacia vestra signa, quæ populum admirari fecerunt, quæ erexit bestia, quæ coegit alios adorare, et nonne vos coegistis vel ussistis vel extendististis, & inquisitionibus vestris imposuistis tales qui vos adorare nolunt? nunc, an unquam Christus ac Apostoli ejus ita agebant? O lamentabilis ignorantia, quæ inventa est inter vos! crudelitas atque immisericordia, & Sepulcra plena ossibus mortuis, & sanguinem Sanctorum bibistis vos qui nolebant adorare. An apostoli bibebant alicujus hominis Sanguinem, qui nolebat adorare? struebant ignem urebantque carnem & Sanguinem eorum ut vos facitis faciebant inquisitiones, & extendebant illos usque ad mortem ibi? vos garitis de Sanctorum cruciatibus, qui ita eos pati fecistis ut vix in terrâ auditum est. Sed electus vos videt et Sancti. *Ego provoco omnes Papistas in terrâ* ut respondeant mihi ubi unquam *Sancti* et *Apostoli* in *Epistolis* erigebant crucem ligneam, vel lapideam, vel igneas imagines, vel lapideas imagines Christi et *Mariæ*, atque adorabant illas? nanciscebantur colegium gloriosorum, et aspergebant illos cum precarentur, respondeat mihi igitur. Ubi Ecclesia mandavit talia, et erexit talia ante Apostolorum discessum? et tum vos loquimini ad rem nunc

Apo-

Apostoli qui erant Christiani et sancti, erant conversi, non egebant illi habere imaginem Christi sculptam ex lapide, vel imaginem *Mariæ* factam ex frusto ligni ducendi ad resipiscentiam, et per eam redintegrandi ad ejus memoriam ut vos facitis. Nunc illud signum est vos non esse conversos, neque recipuistis spiritum huc usque, sed estis ii qui rapaces abiistis à spiritu Dei, et reperti inter opera mortua, ab Apostolis Apostatæ.

Atque ubi tu dicis, Tremulus *dicit papam sedere in excelso, atque hoc omne* tantum terrâ est, et nos adoramus terram et res terrenas, *nos libenter confitemur papam sedere in excelso, nam placuit Deo illum ad statum usque adeo excelsum extollere: nam ut in veteri testamento erat caput visibile ad gubernandum Dei Ecclesiam, nempe Sacerdos primarius ut apparet in libris* Motis, *ita ut, qui obedire mandato primarii Sacerdotis nolebat, ipse moreretur; & in novo Testamento Christus erat caput Ecclesiæ suæ ante ascensionem suam, remanetque invisibile caput usque in Secula Seculorum. Itaque Ecclesia post ascensionem ejus gubernata per caput visibile, apparet per Scripturas Christum constituisse* Petrum Ecclesiæ caput suæ Joh. 21. *ubi dicit, pasce ovem meam; cujus loco succedit papa Romanus, quamobrem Caveat* Tremulus *ne contra Papam Blasphemet.*

Resp. Tremuli Papam Blasphemare non possunt loquendo veritatem de ipso; suntque illi extra fundamentum Blasphemiæ contra *papam* veltrum falsum; neque est ille *Petri* successor; sed *Caini*, qui occidit, qui est oblator ille qui cædit fratrem suum *Abelem*. Venite nos dimetiemur vos *Petro*. Metiemur *Papam* et *Petrum*, quem tu *Petrum* ecclesiæ caput fuisse dicis, nos metiemur *Papam* & *Petrum*, quem tu dicis *Petrum* fuisse caput ecclesiæ; sed Apostolus narrabit tibi contra, quod Christus fuerit ecclesiæ caput, illique potestatem non habebant in hominum fidem; sed nos metiemur *Papam* cum *Petro*; an *Petrus* illo tempore, quo erat caput, quando erat *Presbyter* (non dicit ille fuisse eum Æpiscopum vel *papam*) an *Petrus* faciebat inquisitionem dum esset caput, ad incarcerandum ullos hæreticos, extendebat illos ad mortem usque struebat ignes ad comburendum ullos? an ullus accusabat ullum coram *Petro*, et an *Petrus* Minister Dei dicebat, moreretur ille si non audiret eum? et tradebat eum judici et potentiis terrenis ut detur morti? an hoc erat opus *Petri*? an *Petrus* agebat ut Populus egit in

lege, homo qui ſacerdotem audire detrectaret moreretur morte, neque ageret ita ultra ex præjudicio? an non *Petrus* abducebat illos à Sacerdotio de quo fit mentio in libris *Moſis*, atque ad finem *Moſis*? et non *Apoſtolum* dicebat, dum *Moſis* legebatur, erat velum ſuper corda eorum? et nonne vos ſervatis velum ſuper corda veſtra; Et an non *Petrus* qui populum à velo abducebat ad finem *Moſis*, à Sacerdotio primo, ab eo, ad Chriſtum caput, finem legis et Sacerdotum utriuſque, mandabatque illis, *diligere inimicos*, & *offendere miſericordiam*, et an *Petrus* unquam ponebat aliquem ad mortem extrinſecus, aut erat cauſa alicui ut ita faceret, qui erat in præjudicio, neque ei auſcultaret? an tradebat illum poteſtati *Magiſtratuum* ut darentur morti, quamvis videret multos qui ex præjudicio loquebantur damnandas eorum hæreſes, tamen non videas *Petrum* habuiſſe ullum ignem, Inquiſitiones, equuleo, ad dilaceranda hominum corpora, ſed erat ipſe martyr uſque ad mortem in tollerantiâ, et nobis exemplum linquens ut ſequeremur ejus veſtigia; et cum patiebatur ille, non minabatur; erantque vocati illi non reddere alicui homini convitium pro convitio, erantque illi ad deponendum omnem invidiam. Nunc *Petrus* videbat vos exorientes, nempe in viâ *Caini* homicidæ, et multi incedebant in viis eorum perniciosis, qui ſimiles eſſent turbanti *Sodomæ* contra *justum Lotum*, et *vetus mundus contra Noachum octavum perſonam*; et ſimiles *Balaamo*, abirent à ſpiritu Dei, et ſimiles *Corah* qui vertebat contra juſtum. Nunc videbimus an *papa* ſit ſimilis *Petro* nonne eſt cædens et occidens, et jubens ita facere? Blaſphemia eſt *Papam* dicere ſe eſſe caput Eccleſiæ viſibile Chriſti, qui urit, occidit, excruciat, extendit et laceravit Sanctos, erexit inquiſitiones ſuas et deſtruxit Sanctos in iis. An eſt ille *Petri* ſucceſſor hic? eſtne ſimilis *Petro*? an non *Petrus* hortatur ad *tolerantiam* et *longam tolerantiam* et *patientiam*: loco tollerantiæ ille et vos occiditis et cauſamini tollerare atque uritis Sanctos, hæccine imagini *Petri* ſimilia ſunt? et rupes atque Eccleſia *Chriſtus* eſt, cujus ille eſt caput. An *Petrus* extollebat exercitum cruciuum et *decimarum* et *templorum* ad *orientem* et *occidentem*, et precabatur *per globulos* et invocabat *Sanctos*, et erigebat *imaginem Chriſti ligneam et imaginem lapideam*, et *Mariæ* renovandam illi memoriam

Chriſti,

Christi, et ducendum illum ad resipiscentiam, et cogitandum de illius passionibus, ut fecit *Papa*? venite et probate hæc per Scripturas, videam ordinem *Petri* in omnibus his et mandata in verâ Ecclesiâ, ubi *Petrus* et Ecclesia mandaverint has res in *Epistolis, et Scripturis veritatis*, ut *Papa* sequatur eum tanquam ejus successor in rebus his ut *Petrus* sit exemplum eorum, ut illi sequantur Christi vestigia, et Petrum qui nutriebat ovem, qui erat successor. Sed an vos estis similes *Petro*, qui occiditis ovem atque imponitis eos ignibus atque inquisitionibus? si *Papa*, *Jesuitæ*, *Cardinales*, *&c.* essent ovis et agni, eorum fructus illud ostenderent; nam an unquam ovis et agni urebant aliquos, faciebant inquisitiones et occidebant aliquos? an ovis unquam nutritus erat inter Apostolos per tales qui faciebant inquisitiones, et rogos ad urendum alios, qui ipsis obstabant, et equulea ad dilacerandum eos, qui ad Religionem eorum nolebant converti? an non vos estis tales pastores cum inquisitionibus vestris, equuleis, atque ignibus? an vos estis similes *Petro*, et *Apostolis* et *Christo*? Imo distincti ab illis omnibus, illi enim amabant inimicos, et precabantur pro illis. Ita omnes *Petri* adhortationes spectant amorem, patientiam, tollerantiam et passiones, nam hic erat lex *Petri*, *quæ gloria est hîc si ob vitia vestra colaphis cædamini, patienter fertis? sed quando bene agitis & patimini, hoc est acceptum Deo*, et mandat iis, ut sint lenes confusis, ostendentes Christum exemplum. Nunc hi erant martyres qui patiebantur innoxii Colaphos sine crimine. Nunc si vos eratis *Petri* successores vos non essetis convitiatores; nam *Petrus* et qui cum eo, erant convitiis affecti, et vos estis convitiatores, imo non potestis eo esse contenti; sed estis adeo avari ut *Cain*, vos petitis illorum Sanguinem.

Nunc si vos essetis illi qui afficiuntur convitiis propter crimen vel non crimen, ubi est *Papæ* patientia? et ferat patienter, ut sit acceptus Deo? non, vos *clamatis*, detrectat audire Sacerdotem, non vivet; et confugitis ad *Sacerdotium primum*, quod mutatum est, quod erat ante adventum Christi in Carnem; et videte nunc in qualem ablutem vos ceciderit is, nam vos neque estis secùndus *Sacerdotium primum* neque secùndus *Petrum*; Ego vos Metiar: An *Sacerdotium primum*

erige-

erigebat *cruces ligneas*, & *cruces lapideas*, et imagines, et *ligneas imagines*, & *lapideas imagines*, *Abrahami*, *Enochi*, vel *Abelis*? et an precabatur per *Globulos*, et ſtruebat monaſteria, ad recludendum virgines, virum in alterâ, & fœminam in altera, ut nomines utuntur *ſtabulis* ad ſeparandos *caballos* ab *equis*, & *tauros* à *vaccis*, atque *arietes* ab *ovibus*? An non Majorem illi poteſtatem habebant in ſe, *voluntates* & *corpora*? An *Petrus* erigebat tales Domos virginibus & juvenibus? metiemur vos *Sacerdotio primo*; an *Sacerdotium primum* precabatur *Abrahamo*, *Enocho* vel *Abeli*? reſpondete mihi. Vel an *Petrus* manSanctis Precari *Mariæ*, vel *Mariæ Magdalenæ*, vel *Stephano*, & *Jacobo*? Reſpondete mihi ad hæc per Scripturas (verba Dei) ubi unquam Sancti Dei viri agerent talia ulla? et an non *Petrus* adducebat ab omnibus rebus mutabilibus ad Chriſtum Subſtantiam.

Nunc ſi populus debet ſequi *Petrum* (et vos dicitis vos ſequi *Petrum*) an non igitur Populus debebat ſequi ea quæ *Petrus* dicit? neque vos qui erigitis talia quæ non faciebat *Petrus* à diebus *Petri*, quæ neque Sacerdotium primum, quod Chriſtus finire veniebat, neque Apoſtolus talia ſuſtinebat, quæ vos à diebus illorum erexiſtis, & ſic omnes judicati per vitam & potentiam cui inerant illi. Et lex per *Moſen* veniebat ſed gratia et veritas per *Jeſum Chriſtum*. Ita quis veſtrûm hoc legere poteſt? et lex vult abſcindere blaſphemos & abſcindere hominem ſed gratia venit per *Jeſum Chriſtum*, qui ſervat hominem in vitas; ite, ac diſcite, quid hoc ſibi velit. Vos garricis juxta Prophetarum, *Moſis*, atque Apoſtolorum verba, ſed in vitâ vos per omnes illos judicati eſtis, et per illos qui in vitam illorum ſuccedunt.

Atque ubi dicit ille, *Si* Tremulus *vult eſſe ovis Chriſti debebat per ſubmiſſionem obedire* Papæ, *ut nutriatur notitia ac doctrina. Dicitque* Tremulus *ſimiliter, totum hoc eſt terra, adoratio eſt terra*, Papa *eſt terra, et qui adorant eum ſunt terra, et hoc ſic totum eſt terra.*

Reſp Tremulus habet notitiam, ſapientiam, atque intellectum qui comprehendit Papam, videtque antequam ille eſſet, et veniens ad illud, in quo Apoſtoli erant. Atque *Tremuli* ſunt ovis Chriſti, qui unquam fugabant aliquos lupos neque urebant illos; non habent illi inquiſitiones ad exercendum populos

&c

& dilaceranda hominum corpora, ut vos habetis; videntque *Tremuli* quale nutrimentum vos habeatis ovi porrigendum & qualem victum vos præparastis iis, & sustentationem, Inquisitionem, et carcerem, et collegium urentium virgarum, et equuleam ad deliceranda eorum corpora. Illique non habent cruces ligneas et globulos catenatos juxta numerum illorum precari, neque nomina Sanctorum, sed faciunt ut Apostoli faciebant, atque hoc est alimentum ovis inter vos, illique sentierunt ex eo, ut sint nunc oves d.o in inquisitione vestrâ *Romæ*, ibant illi videre quale vos haberetis alimentum agnis, quod est Inquisitio, idque est alimentum vestrum et præparatio vestra Domino Christo, qui est caput veræ Ecclesiæ, et Christus nunquam appellatus erat caput Persecutorum et homicidarum, nunquam eos ornabat se capite. Nunquam erat eorum dux, sed erat matyr ille, et dux matyrum; & sic Papa vester terra est atque odoratio terra, se e ipsum extollit similis *Coræ* in usurpatâ ejus auctoritate, Christus enim ac Deus nunquam illum posuerunt ad illud, nisi quantum patiebatur Diabolum, bestiam atque Prophetam falsum regnare, quæ nunc est capta, et viva in fornacem ignis injicienda, nam agnus ac Sancti habebunt victoriam.

Atque ubi tu dicis, *In Scripturis inveniuntur tria adorationum genera, prima est adoratio civilis, secunda adoratio est ad Angelos, et Sancti adorantur, tertia adoratio est ea quæ spectat ad Deum Solum*, Abraham & Lot *adorabant Angelos, atque adoratio civilis consistit in fratrum* Josephi *adoratione illius, et liberi Prophetarum supini jacentes in terrâ adorabant* Eliam; *quare absit à* Papa *longe quod patentur se ipsum adorari ut Deum qui appellat se ipsum servum servorum Domini qui est legatus Dei regis celcissimi: nam, quidquid est solutum vel ligatum in terrâ, ligabitur et solvetur in cælo; ita ut honor tributus* Papæ *sit magis tributus Deo quam* Papæ.

Resp. Ex hisce tribus adorationibus repertus est Papa ab Apostolis et viris Sanctis de quibus loqueris Apostata. Jam quamvis in tempore antiquo esset flectio coram Angelis, et flectio in figurâ, in typo. Volebatque *Johannes* in *Revelationibus* flexisse coram Angelo, atque illum adorasse, sed rogabat illum Angelus caveret ne faceret, erat enim ille unus ex conversis

versis suis et fratribus suis, mandabatque ut adoraret Deum: dicitque Apostolus, omne genu flectetur Jesu, atque omnis lingua confitebitur ei ad Gloriam Dei. Ita nunc animadvertet quamvis fieret flexio coram Angelis in tempore antiquo, tamen Angelus dicit in *Revelationibus*, cave ne facias, adora Deum, et nos nunquam legimus quod Angeli vel Sancti Dei viri cogerent ullos ut se adorarent; sed revera Diabolus veniebat, tentabatque ad procumbendum atque adorandum, qui est extra veritatem ille veritatem tentabat ut sub eo procumberet et vos qui exorti estis post Apostolorum dies, quos *Johannes* nominat bestiam, omnes atque magnos ac parvos coegit ut se adorarent, et sic nos jam dicimus, adorate Deum, atque unumquodque genu flectatur Christo; atque unaquæque lingua confiteatur ei ad gloriam Dei, atque adoret eum, et non Angelos. Et Sanctorum honor laudatur in loco suo, et vos non estis ex iis et quod dicas *Papam* esse legatum magni regis Dei, hæc est blasphemia; nam an *Deus* et *Christus* unquam miserunt legatum talem (vel Diabolus) facere inanes, facere Inquisitiones, facere ignes ipsius agnis, hiccine est legatus vester? (et erigere imagines et cruces ligneas et catenas precationum) an non videtis illum ab Apostolis esse Apostatam? quomodo poteritis nisi erubescatis de eo? pauperes captivi! an non tales erant legati Diaboli (qui est extra veritatem, illius emissarii, *Apostoli* atque *Angeli*? an non *hi* sunt fructus atque *opera eorum* et non legatorum Dei, qui proficiscebantur ad uniendum nationes in amore? ubi *Petrus* (legatus ille) erigebat inquisitiones suas et multitudinem virgarum, equulea iis qui obedire illi nolebant in aliis nationibus quocumque Dominus mittebat illum, ubi dicebat *Petrus* confodiendos vel occidendos esse hæreticos? volebatque illis condonare, ut nunc facit *Papa*? vel vendebat veniam argento, ut nunc facit *Papa* et vos? non, an non *Petrus* dicebat se non rebus corruptibilibus ut auro vel argento esse redemptos? non, an non vos estis *Judæ* successores et *Caini*, qui capit *ossam*, atque exit, & Sacrificat, atque occidit Christum Justum, venitque contra illum cum gladiis ac fustibus, cum *multitudinibus vestris* (ut faciebat *Judas*) *Primariorum Sacerdotum*. Non adeste ulterius, ineamus rationem vobiscum atque

cum

cum *Papa* qui dicit se esse visibile caput Ecclesiæ. Et Christus erat visibile caput Ecclesiæ suæ, cum esset in terrâ; successores *Petri* vos estis reprobati. Nunc nos videbimus, quam vos similes estis Christo illi capiti (de quo vos loquimini) dum esset in terrâ: An non Christus veniebat inter blasphemos & hæreticos, qui erant in erroribus, et seductores? an erigebat ille inquisitionem in diebus suis? An erigebat numerum virgarum & equuleorum ad dilacerandum & comburendum homines, ut vos nunc facitis blasphemantibus, hæreticis? Christus erat minister in terrâ tunc, stabatque coram Domino Sacerdotium æternum; stabatque pro Domino Deo ministrans; *Hæreticis, Erroribus, Scismaticis, Prejudiciosis illis, Blasphemantibus, Seductoribus, Oblocutoribus, qui auscultare illi nolebant*, an strui mandabat ignem his omnibus Inquisitionem, equuleum ad dilacerandos eos, ut vos nunc facitis? vel an non iis dicebat se non venisse ad destruendum vitas hominum, sed ad servandum eas? se nolle eorum destructionem? *mandabatque illis ut essent misericordes, ut Pater eorum cœlestis erat misericors, & amarent inimicos? Deus enim causabatur pluviam pluere super justum & injustum, & solem fulgere in utrunque; & si vos amatis eos, qui vos redamant quid facitis amplius quam faciunt publicani?* ita vos *Papa* & *Papistæ* inventi estis in amore *publicanorum*, et habetis mercedem vestram; et vos vultis persequi alios qui non sunt ex fratribus vestris, et sic reperti ut *Pharisæi in cæco et furioso vestro zelo non Secùndum Notitiam, neque Christum, qui zelo vestitus erat, quocum ego jam sum.* Et quantum *ad vestrum stultum illud miserum miserabile ad* Tremulos, *id* Tremuli *dijudicant, et ligationem ac solutionem veram quæ fuere in morte atque inferno quod fuit à Diabolo, et dimisi vos, & ligat, atque incarcerat, et conjringet servos Domini Dei.* Eaque Blasphemia est *Papa*, dicere se ligare ac solvere ubique unumquemque, atque ille ac tu vos agnoscetis, si unquam agnoscatis viventem Deum, fuitque solutus Diabolus à quo vos estis, atque estis homicidæ filiorum Dei, illique vincti; *hoc est verbum Domini Dei ad vos*; et à ligatione et solutione Christi vos abestis, quod est in Ecclesiâ & cujus servus fuit *Papa*, qui insedit justo, qui præservavit, pravit, qui tolerat necem agnorum Dei atque ovis, ut est hic; vultque dare illi

veniam, eritque ille unus ex Sanctis ejus *Canonicis*, quod est opus *Diaboli*. An *Petrus* ita agebat?

Atque ubi dicit, *Apostolus* Paulus *dicit approbemus nos ipsos ut Ministros Dei, in multâ patientiâ, vigiliâ, et jejunio. Dicitque* Tremulus *potentia Dei et crux Christi, et quod deberemus precari in spiritu: hoc novimus nos annos mille sexcentos ante natos* Tremulos; *quare non est cogitandum illi se nos aliquid novi dicere, O nunc Anice dilecte!*

Resp. Quomodo vos approbastis vos ipsos in multâ patientiâ ut Apostoli, quum vos habueritis ignes atque inquisitiones vestras? fuitque hoc vestrum opus, quod non erat Apostolorum, et jejunium Apostolorum, quod nos vindicamus acceptum erat, sed non habebant illi pugnum pravitatis et manipulam sanguinis neque habebant illi suas inquisitiones, equulea, et rogos ad comburendum populum; *sed illi malum vincebant bono.* Et vos per inquisitiones vestras equulea atque ignes velletis vincere bonum vestro malo, *vos ab Apostolis è diametro distatis.* Et si novistis potentiam Dei esse crucem Christi, vel vixistis in eâ, mille sexcentos annos ante natos *Tremulos*, dicitisque hanc non esse rem novam, in hoc vos ostenditis ignorantiam vestram scripturarum; nam *Tremuli* fuerunt ante mille sexcentos annos uti *David*, *Jeremias*, *Jobus*, *Paulus*, ad *Corinthios*, *atque ad Hebræos*, *et qui noscebant salutem ante annos mille sexcentos illi noscebant eam elaboratam per timorem ac Tremorem.* Et quemadmodum ante dixi vobis, si vos novisse tis potentiam Dei esse crucem Christi, et si fuissetis in ea, quid vobis opus fuisset erexisse *cruces ligneas*, et *cruces lapideas*, quas *Apostoli* et *Petrus* non erigebant res tales? Ita vos non estis illorum successor, atque ita nos vos comprehendimus et quod nominetis *Tremulos* amicos dilectos et imponitis eos vestris inquisitionibus et carceribus usque ad mortem? nonne hic adulatio et hypocricis vestra apparent? An Apostoli unquam incarcerabant amicos suos dilectos usque ad mortem? Includebantque illos inquisitioni? An non hic amor est in dissimulatione et hypocrisi? et *Caini*, in *Abelem*, & *Phariſæorum* in *Christum*, & *falsorum Apostolorum* in *veros*, sed per vitam Dei estis vos atque amor vester (consistens solum in verbo) dimensi,

menſi eſſe diſtincti ab *Apoſtolis* non eſſe à Deo, qui acceperatis pelles ovium, & amplectimini agnum, quaſi amaretis eum, et ſertis illum in foveam veſtram, & occiditis illum: Atteſtetur id ſanguis *Georgii Baylie*, & *duo legati Domini inquiſitione Romæ*; atque ibi eſt quod vos appellatis carum amorem veſtrum, quem oſtenditis amicis Dei, eaque eſt præparatio veſtra, qui contemnunt miniſterium veſtrum, vos non eſſe ſimiles Apoſtolorum; hic enim eſt victus, quem vos præparatis ejus emiſſariis & extraneis Agnis et Sanctis quod *Petrus* nunquam mandavit vobis, et tales nos abneganus, ſed *Petrum* aſſumimus.

Atque ubi tu dicis, *ne ſit Tremulus adeo cœcus ut cogitet nos non precari in Spiritu, quia ſæpe flectimur coram cruce, in qua Chriſtus relatus eſt, intelligere eum oportebat has cruces porrigere occaſionem nobis adorandi in Spiritu quomodo Jeſus Chriſtus ob noſtra peccata nudus ex eâ pendeat, quam paratè ille pro nobis effuderit ſuum ſanguinem; illud conſiderans homo pudore peccati ſui ſuffunditur, reſipiſcentiamque excitat impoſterum vitandi peccatum, & cum publicano percutit ſuum pectus, exclamans, Domine! miſerere mei miſeri peccatoris! tales occaſiones hæ imagines & cruces Miniſtrant nobis precari in Spiritu, & nos adducunt videre materias cœleſtes; ſed hoc Tremulus apprehendere non poteſt.*

Reſp. Tremuli comprehendunt cœcitatem veſtram, qui genua veſtra flectitis coram crucibus veſtris, quod non faciebant Apoſtoli, qui precabantur in Spiritu, neque Apoſtoli habebant cruces terrenas quæ Miniſtrarent ipſis quo illi precarentur in Spiritu; ſed hoc oſtendit vos declinaſſe, Apoſtatas à verâ cruce, potentia Dei, quæ adducebat Sanctos ut precarentur in Spiritu; neque dicit Scriptura Chriſtum nudè pendere ex cruce & cruces veſtræ, quæ Miniſtrant vobis Miniſterium terrenum eſt, & ſic vos erexiſtis media terrena, Miniſterium terrenum, neque cruces veſtræ vos ad reſipiſcentiam excitaverunt ad evitandum peccatum, ſed ad ulterius in illud dilabendum, ad occidendum, dilaniandum, deſtruendum eos, qui per cruces veſtras precari nolunt, terrenum illud medium & Miniſterium terrenum, quod Apoſtolus *Petrus* non erigebat tale Miniſterium ad Miniſtrandum illi medium ut cruces lig-

nei atque lapidei; et Christus sponte dilargiens suum sanguinem pro peccatoribus, & toleratus, vos eum non sequimini, sed estis ii à quibus ille patiebatur, qui effunditis sanguinem Sanctorum, quod non agebant *Petrus* atque Apostoli. Quamdiu erat caput visibile (ut vos dicitis) hîc in terrâ ubi effudit ullum sanguinem? Nunc vos neque Papa estis similes Apostolis aut *Petro*, qui effunditis sanguinem aliorum ob religionem vestram, ado rationem, & ecclesiam, & cruces atque imagines. Et vos cum publicano percutientes vestra pectora, cum vos videtis ligneam crucem, fustem vel lapidem cujus non videmini meminisse nisi tunc, quum videtis idolum vestrum, quo mala vestra conscientia vexata est, & publicanis similes vos estis, ut conveniens vobis proba, inconversis. Sed non velut publicanus, de quo Christus loquitur, dicens, *Domine habe misericordiam super me peccatore*, & mœstus discessit; qui non dicebat Domine esto misericors mihi peccatori, & percutiebat pectus suum coram cruce ligneâ vel lapide, ut vos facitis. Nunc adeste, ego metiar Papam cum hoc publicano; an hic publicanus habebat globulos juxta quos precaretur? an hic publicanus invocabat nomina, *Mariam*, & *Mariam Magdalenam*, vel *Mosen* vel *Esaiam* vel *Apostolos*? vel an hic publicanus habebat cruces vel imagines juxta quas precaretur? vel an habebat hic publicanus inquisitiones, rogos, equulea, quibus omnes imponeret eosque trucidaret? non precabatur ille, ut vos nunc facitis, neque occidebat ut hæreticos qui sese opponunt vobis, ut vos nunc facitis; & an publicanus non precabatur sine nominibus, globulis & crucibus, dicebatque solum, Domine miserere mei miseri peccatoris! Nunc cui vos similes estis, annon hic publicanus judicavit vos actiones vestras? ac propterea *Tremuli* vobis credere non possunt, videntque vos illo Spiritu carere, qui precamini coram imaginibus, & potentia Dei, qui precamini coram crucibus, & vestræ cruces non efferunt vos ultra terram; illudque mendacium est dicere, illas vos ducere ad visum materiarum cœlestium, atque ita plane video Papam esse Bestiam de quâ *Johannes* loquitur, & plenum ignorantiâ & Propheta falsus qui capi debet & vivus in

ignem

ignem injici, qui decepit per miracula ſua eos qui terram inhabitant,& coegit eos ut ſe adorarent quod eſt contrarium Apoſtolis ac *Petro*. Sed nunc populus incipit Deum timere, atque illum adorare,& venire ad Apoſtoli doctrinam,à quâ tu exulas.

Atq; ubi tu dicis,*Tremulus judicat ſe ipſum eſſe justum. O homo miſerabilis! An non tu noſti illud, quod Sanctum hominibus videtur, ſæpe fœteat coram Deo. Ideo attende ad illud, ne fiat de te, quod de Phariſæo. Tremulus loquitur hoc modo : Esto memor quamagis animam, quod in vitæ tuæ tempore fueris admonitus. confitemur nos fuiſſe monitos in diebus vitæ noſtræ per verbum Dei & Sanctam Dei Eccleſiam cavere a tali populo, quales ſunt Tremuli jam demum in mundum venientes.*

Reſp. Tremulus teſtatur ſe eſſe in juſtitiâ Dei, Chriſto Jeſu & reſpexit illud, atque eſt extra illud quod juſtum eſſe videtur, cui vos ineſtis quod abominabile ac ſordidum eſt coram Deo, quod eſtimatum fuit inter vos & juſtitiæ veſtræ ac Phariſæorum parti conveniens, qui profitentur ſcripturas, & rapaces à Dei *Spiritu* abierunt, & ab eo quod edebat eas, ut illi profitentur ſcripturas, atque extra vitam juſtam ut vos eſtis, & vertebant contra juſtum, atque mactabant illum ut vos facitis. Et ſic per juſtitiam veſtram nunquam regnum Dei poſſidere poteſtis. Illi enim amabant fratres ſuos, atque odio habebant inimicos ſuos, & vos amatis fratres veſtros atque odio habetis inimicos veſtros; & ſic ambo fregiſtis mandatum Chriſti, conculcaſtis illud, abiiſtis ab eo? an vos amaviſtis inimicos veſtros, illos quos vos inimicos veſtros vocatis; an non vos oſores amicorum veſtrorum erexiſtis? An non vos perſecuti eſtis, & perſecutores ipſi fuiſtis; atque ita extra doctrinam Chriſti atque Apoſtolorum, & ſic no egiſtis benè ſed malè; & juſtitia veſtra non ſuperavit juſtitiam Phariſæorum. Vos infrà illos deflexi eſtis ad Paganiſmum an illi unquam precabantur per globulos, vel coram cruce, vel imaginibus *Abrahami* vel *Moſis* vel invocabant nomina Sanctorum *Abrahami*, *Davidis*, vel *Enochi*, ut vos facitis cui vos eſtis ſimiles? Pejores peſſimis gentibus in terrâ; & ſic in ſpatio vitæ veſtræ vos eſſe monitos eſtote memores, & vos, & Eccleſia veſtra falſa ſæpe admonita fuit, ſed vos necdum reſipuiſtis; & novi ego Eccleſiam veſtram falſam frequenter admoniſſe noſtrum

ſtrum qui dicimur *Tremuli*, ſed tremorem & quaſſationem noviſſe debetis antequam unquam noſcatis doctrinam Apoſtolorum ac ſalvationem; & terræ motus appropinquant, talis motus terræ, qualis viſus non fuit à jacto mundi fundamento; & plagas, tonitrua ac terræ motus vos noſſe debetis ante quam noſcatis nos & Apoſtolum, eamque qui vos admonuit, qui venit à verâ Apoſtolorum Eccleſiâ, qui ſunt ex noſtris vos habetis veſtras inquiſitiones illis & equulea, & verbum Dei plane contrarium eſt veſtris actionibus, Chriſtus Jeſus, per quem mundus conditus erat, & verba Dei ambas Scripturas, quas implet Chriſtus, qui eſt verbum.

Atque ubi tu dicis, *Tremuli faciunt fidem pauperibus hominibus, ſe miſſos eſſe à Deo, cujus nihil certi probare poſſunt Spiritus meus teſtatur miſeram eorum probationem, nam omnes ſectæ ſe dicere poſſunt an nondum videtis vos infirmo fundamento ſuperſtructos eſſe? an vos non deſpicitis jejunia & preces, quæ ad ſalutem neceſſaria. ſunt quamobrem ſubito vertere ad Eccleſiam, Catholicam antequam mors deprehendat vos, quæ deſcendit ab Apoſtolis Sanctis illa docebit vos omnem veritatem. Dicit enim Paulus eam eſſe columnam & fundamentum veritatis; neque ſequemini ulterius dictum proprii veſtri Spiritus qui vos miſerabiliter decipit; nam ſcriptum legitur*, væ ſtultis Prophetis, qui ſequuntur proprium ſuum Spiritum, & non cernunt, *atque hinc valete.*

Reſp. Tremuli vident ſe fundatos eſſe ſuper id quod concuti non poteſt, ſuper *Petram Chriſtum Jeſum*, eum per quem mundus erat conditus, cui Prophetæ & Apoſtoli ſuperſtructi erant, qui ſemper habebant intus Dei Teſtimonium ad conteſtandum ei quod dicebant, quem nos teſtamur Chriſtum Jeſum eorum finem & Spiritus eorum teſtatur nos, qui habent Spiritum Chriſti et mentem ejus, & illius crux potentia Dei & Spiritus ejus teſtantur nobiſcum nos eſſe filios Dei. Atque eſſe a Deo, hoc nos novimus, atque hæredes ſalutis, Electos ante jactum mundi fundamentum, habetque teſtimonium in uniuſcujuſque hominis conſcientiâ ſuper terram, atque in eâ nos *Tremuli* facti ſumus manifeſti, atque *ſumus & erimus* in veſtris et omnis hominis in terrâ conſcientiis atque omnium Sectarum, quarum

rum vos auctores in terrâ extitistis, habeant licet Christi atque Apostolorum verba, sed errantes extra vitam, eorum vitis per illas vos omnes estis judicati; & jejunia ac preces secundum Apostolos in Spiritu nos laudamus, illudque quod ad salutem necessarium est; sed jejunia vestra et preces vestras, quæ opprimunt, neque liberum faciunt oppressum, quæ habent *pugnum pravum*, et sustinent *manus pollutas*, *veniam iram*, et *non precationem* pro *inimicis* sed persequuntur *inimicos suos* hominum e corum instar & verbera creaturarum cum verberanda fuisset potentia, quæ creaturas ducit captas, ut licuerit creaturæ venire in libertatem filiorum Dei, nos abnegamus illud jejunium vestrum ac preces quæ non sunt secundum *Apostolos* sed *Apostolis* contraria; & vestrum invocationem nominum, quod non egebant *Apostoli* neque agimus nos sed in nomine *Christi* quod agebant *Apostoli*, quæ est potentia, & verbum, quod appellatur *Emanuel*: Deus nobiscum. Atque Apostolus abhortabatur, quodcunque egeretur debere agi in Christi nomine; Papistarum opera, illa quibus ii servari cogitant, ad eccæcandum populum, & obtegendum pravitatem, adulationem, ac fallaciam, qui sunt lupi protecti pellibus ovium, qui cædunt & occidant *Pharisæorum instar*, *Judæorum* ac *Sacerdotum primariorum*, nam illi opera asscribunt homicidis, an unquam homicidæ habebant bona opera, an unquam Diabolus homicida servaretur? sed omnia opera sua ille inter populum ostendit. Nunc ille atq; illi ambo sunt extra opera & charitatem & fidem & amorem in quo Apostoli erant & Salus; sed sunt omnes in operibus condemnationis. Ubi dicunt protestantes, deponere *peccatum*, & *pravitatem*, & *malum*, & *vanitates*, & *superfluitatem vitiorum*, est illud opus *Papistarum*? in eo illi delusi sunt, & ostendunt se non novisse doctrinam Papistarum, neque rectè metiuntur res ob hanc causam.

Atque illi qui vertuntur ad *Ecclesiam vestram Papisticam*, vertuntur à vitâ ad mortem, ut vos & qui eam erexerunt vertebantur à vitâ, rapaces à Spiritu exibant ab Apostolis ad imagines mortuas; & qui revertuntur à vobis, revertuntur ad vitam, Ecclesiam veram, in quâ erant Apostli; & qui sunt moti à Domi-

no abire ad vestram Ecclesiam, ad arguendum vos & illam, à vobis illi habent mortem, inquisitiones, equulea & rogos; neque dicit *Paulus*, Ecclesiam vestram descendere ab Ecclesiâ Dei, illius Ecclesiâ, cujus erat ille. Neque dicit *Paulus Ecclesiam Papisticam*, esse fundamentum & columnam veritatis, atque omnem notitiam in ea inveniendam esse in Ecclesia Papistica; sed Ecclesia, cujus erant Apostoli, ante ortum *Ecclesiæ Papisticæ*, Bestiæ, quæ stabiliebat imaginem suam in terrâ, quæ est Ecclesia vestra; quod Ecclesia Dei cujus erant *Apostoli* sese ipsam ostenderet in seculis futuris, quam nos videmus nunc, & ex eâ sumus & ex gloriâ ejus ac pulchritudine, & Ecclesiæ vestræ sapientia terrena & notitia sensualis ac Diabolica est, & fructus illud demonstrarunt. Quos ignes? quas inquisitiones? quæ æquulea? An Ecclesia vestra nos ita docere vult? hæccine est ejus lectio quam docet illa? An ita discemus ab illa? hæccineest mater illa? Nos novimus filios ejus, quos illa instruxit; quid terrenos, sensuales, Diabolicos destructores? Hoc non erat Ecclesiæ Christi opus; illi qui à Deo docti sunt ab eo amati sunt: sed *Papa Papistica non didicit à bona Samaritano*, neq; à Christo verâ Ecclesiâ, Deusq; simum disparsit super facies vestras, & texit vos eo, & gloriam vestram deformavit, & Christus destruit illos qui exeunt à veritate, & fundamentum omnis prejudicii atque blasphemiæ; sed non destruebat creaturam per carceres, per ignes, per equulea. Adeste, vos nobis metiendi estis; an *Apostolus Paulus* qui erat ex Ecclesiâ, an illius Ecclesia habebat *inquisitionem*, *collegium fascum*, vel *equulea*, *precationem per globulos*, *cruces ligneas* & *lapideas*, & *monasteria*, & *domos distinctas ad separandum viros à fœminis*? adeste, ubi fructus tales in Ecclesiâ cujus erat *Paulus*? an non dicebat *Paulus quamvis daret corpus suum ad combustionem & bona sua pauperibus, & careret amore se esse nihil*? Itaque vos secuti estis Spiritus vestros, nihilque videtis Ecclesiæ *Christi*. væ *vobis Prophetis insipientibus*, qui ab Apostolis abiistis, illorumque Spiritu & illorum Ecclesia, quæ est columna & fundamentum veritatis, cujus in medio Christus est & caput; & vestrum (*valete*,) quod vos habetis Sanctis est in equuleis vestris, ignibus, et inquisitionibus, ut testantur agni, qui jacent

in

in vestrâ inquisitione *Romæ*, in omnium vestrum cacumina. & Ecclesia vestra exstructa est ex iis qui ab Apostolis exibant, qui erexistis imagines vestras ac idola atque estis in viâ *Caini*, homicidarum turba, cum vestris iginibus, equuleis, atq; inquisitionibus, qua propter dolores vos manent, qui nunquam erant in Ecclesiâ Dei, fundamento et columna veritatis; et portæ inferorum vobis prævaluerunt, et mors atque infernum vos devoraverunt quæ volunt totum ebibere coram vobis, *quæ mors & infernum capienda sunt & viva in igneis fornacem conjicienda, & Propheta falsus, ubi ille habuit essentiam suam bestia fumat & meretrix, illaque est in igne, & fumus ejus ascendit sursum, & Diabolus vetus ille deceptor, qui est pater vester, qui primus creaturam egit in servitutem, ibique erexit legem ad destruendam creaturam; atque hæc fuere Diaboli principia occidere & destruere non Christi neque Apostolorum ejus, & fides Diaboli, & non Sanctorum fides quæ vincit mundum, atque Antichristum cum eo, qui uruntur sulphure.*

Neque Apostolus imponebat decimas, et templa, ut vos nunc facitis inter vos, qui decepistis mundum, et servastis hominem in terrâ in terrenis imaginibus vestris sed *Apostolus* educebat populum et è nonis, et è decimis utroque qui liberabat illum a terrâ; nam homo per transgressionem à Deo pulsus in terram est atque *Abraham* solvebat decimas spoliorum *Melchisedeco* regi justitiæ; et sub lege, quæ omnes transibant transgressores, quæ erat ante transgressionem, solvebantur terræ decimæ. *Atque hoc serviebat viduis, extraneis ac Levi, & illi omnes habebant satis ita ut non esset mendicus inter eos quamdiu illi legi Dei erant fideles. Nunc Christus, qui est finis legis, redimit populum à nonis ac decimis terræ denuo ad Deum*, ad regnandum in terrâ cacume omnium imaginum, typorum, figurarum atque umbrarum, regnatque in Christo Dei potentiâ. Ita vos qui ab Apostolis exibatis Prophetæ falsi, quos Christus venturos, *prædicebat* Mat. 24. *Qui intus erant rapaces, induti vestibus ovium, qui ab Apostolis exibant in mundum* 1 *Joh.* 2. 4. *Quos in revelationibus omnes qui habitabant in terrâ sequebantur vos*, et tunc vos erexistis imagines vestras et nonas ac decimas, et Scholas et Collegia et feciſtis ministros vestros per voluntates vestras ibi; atque vestræ inquisitiones, equulea et rogi urebant

Sanctos & occidebant et mactabant et vincebant eos, et tunc vos bestiæ habebatis potestatem, et mulier fugiebat in desertum, et puer mas ad Deum sublatus erat et vos bellum gerebatis cum semine, quod servabat mandata Dei, et tunc bestia erat inter vos, *quis potest bellare contra bestiam*; et tunc bestia et illius nomina habebat potestatem *in omnes linguas, genera, et nationes*; et tunc bestia et illius nomina et imagines, et ejus signa et cornua; et tunc mulier insidet bestiæ vestra mater Ecclesia *bibebat* ejus calicem fornicationis cum omnibus nationibus, quæ scortabantur ab Apostolis quæ totam terram corrumpebant, atque inebriabant istius incolas; sedetque illa super *aquas*, quæ sunt *populi, nationes, multitudines* & *linguæ*. Et *hæ linguæ* vos facerunt *Viros Orthodoxos*, quæ dictæ sunt *Originales*, et *viros doctos*, qui dicuntur columnæ vestræ Ecclesiæ, quos *Johannes* aquas nominat, et meretrix et bestia sunt super eos. Et *Pilatus* Ponit *Hæbræum, Græcum*, & *Latinum*, supra Christum, qui crucifigit eum; ibitque stat *Origa vestra*, cujus Auctor est *Babel*; *atque iterum gigneretur puer mas ad regendas nationes in virgâ ferreâ*; *et* Babylon *confunderetur, et judicium magnæ meretricis veniret, et bestia et Propheta falsus caperentur, et cum eo Diabolus, Draco, vetus deceptor, et viva in ignis fornacem injicerentur. Agnusque et Sancti habebunt victoriam, qui occidet gladio & mactabit gladio, qui sunt verba oris ejus*; *sed nondum* vos legitis tamen eum occidere creaturas; *atque Evangelium æternum prædicabitur omnibus nationibus* generibus et linguis, quæ habitant in terrâ surrexitque Christus, qui erat antequam erat *Babel*, qui habet varias linguas ei per *Pilatum* superpositas, qui denuo resurrexit, & reducit in linguam unam, qui redimit à generibus, linguis et nationibus; nam vos abibatis in linguas in terrâ, cum exibatis ab Apostolis; atque omnes vestrûm estis ut mare et aquæ, sed nunc illa exsiccabuntur, et refluet mare, et Populus Dei inhabitabit. *Atque agnus et Sancti habebunt victoriam*; *ego eram mortuus, et iterum vivo, et vivo in Secula Seculorum qui dejicio ac finio Templa judæorum, decimas ac Sacerdotes, qui eram antequam erant illa, qui prosterno gentilium Templa, imagines, decimas, Sacerdotes atque Idola*; &

pro-

proſterno vos, qui ab Apoſtolis declinaviſtis Apoſtatæ, veſtras imagines, ſigna mendacia, templa decimas, et Sacerdotes à diebus Apoſtolorum exortas ego ſurgam ſupra vos omnes, per vos omnes, dicit Deus Dominus, et ſemen Dei ſurrexit quod erat ante vos Apoſtatas judæos et gentiles, decimas atque Sacerdotes, et ſemen Dei ſupra vos omnes poſitum eſt, omnium veſtri capitum vertex, venitque ad principium antequam illi exſiſterent, et ſemen Dei ac Chriſtus regnat, & Eccleſia venit ad illud, in quo Apoſtoli erant, columnam nempe et fundamentum veritatis; notique Apoſtoli qui ex voluntate Dei facti erant non ab hominibus, neque per homines; & Eccleſia que eſt columna et fundamentum veritatis et nos ſumus Eccleſiæ Dei viventis, et hæredes regni iſtius mundi qui caret fine, et potentiæ vitæ æternæ, regnamuſque cum Chriſto in ſecula ſeculorum.

Et væ vobis, qui prædicaſtis aliam Doctrinam et Evangelium ac Apoſtoli, nam illi adferebant pacem, atque homines extra carcerem, atque extra ignem, et imagines atque Idola, et à templo, decimis ac Sacerdotibus et rixis ac mactationibus mutuis et vos adducitis populum omnes in illa ita alia Doctrina, execrata, ab Apoſtolis.

Sed per potentiam Domini Dei, in quâ Apoſtoli erant, à quâ vos omnes abiiſtis eſtis, vos omnes comprehenſi. Et vita atque potentia Dei ſupra vos omnes regnat, venitque ille qui mundum judicaturus eſt in juſtitiâ, atque illud exortum eſt, quod vos contundet in pulverem et cineres, et brachium Domini verſum eſt contra vos.

Ab Authoritate Eccleſiæ in Angliâ, columnæ et fundamenti Veritatis, cujus Chriſtus caput eſt.

FINIS.

28
27, contin.

Hoc erat ſcriptum pro reſponſione ad quandam diſputationem quæ ſuſtenta erat ab aliquo Miniſtrorum Papæ.

DEVONSHIRE HOUSE
Friends Reference Library.
12, BISHOPSGATE WITHOUT E.C.

Amice atque *Amici*,

A*N non humana auctoritas à fundo eſt? & an hæc erat auctoritas eccleſiæ Chriſti?* dico ego non, non erat; auctoritas enim eccleſiæ Chriſti erat ſupernè, *itaque non humana à fundo*: Et an ullus ſanguis effuſus erat, ut in mactatione illorum quos vos hæreticos appellatis, niſi Jeſuitæ & Sacerdotes in eo adhiberent manum ad informandos Magiſtratus contra illos? & an non Jeſuitæ igitur & Sacerdotes ſunt occaſio effuſionum ſanguinis? & an non adhibent illi manum in eo? atque ubi vos dicitis *Eccleſiam veſtram non adhibere manum in effuſione ſanguinis eorum, quos vos hæreticos appellatis, extantibus tamen Magiſtratibus veſtris eccleſiæ veſtræ veluti membris illius atque Chriſtianis.*

Nunc autem membrum eſt manus vel pes; oculus vel caput; ita eccleſia veſtra ſanguinem hauriens, & Jeſuitæ & Sacerdotes ſunt ii qui informant de his quos vos nominatis hæreticos vel blaſphemantes, ſi vos velitis planè loqui ſine fallacia; itaque eſt veſtra eccleſia quæ haurit ſanguinem in concluſione,

Quæ non erat eccleſia in diebus Apoſtolorum; & tum an non Papa veſter dat veniam illis, qui mactant hæreticos, & talibus, ut ſunt ſancti veſtri canonizati? atque hîc vos à Spiritu Sanctorum deflexiſtis, atque a Spiritu veræ eccleſiæ, neque eſtis in Spiritu Chriſti qui veniebat ſervatum vitas hominum, atque arguebat zelum iſtum in iis, qui volebant ut ignis cælo decideret ad urendum illos. Itaque vos ibi eſtis Spiritui Chriſti

contrarii, & zelus veſter increpatus eſt. & rurſus, Apoſtolus dicit, *nos non luctamur cum carne & ſanguine* (non luctabatur cum carne & ſanguine) *ſed cum pravitatibus ſpiritualibus in locis excelſis*; neque informabat ille contra ullos Hæreticos, Scismaticos, vel Blaſphemantes, ad Judices ut illi darentur neci, ut vos egiſtis Papiſtæ.

Et rurſus, ubi vos dicitis, quod vos *eos tradatis neci tanquam rei publicæ perturbatores, non pro hæreticis.*

Hoc eſt falſum: totius mundus propterea judicare vos poteſt. Nunc illud quod perturbat rem publicam ac pacem ejus, ſunt percuſſores & bellatores; eſt enim lex ad ſervandam pacem homicidis & mactatoribus, & perſonis injuriam inferentibus, & ſe ipſis cum genere humano abutentibus, ac de his Apoſtolus loquebatur de vaniloquis, qui ignorabant illud de quo loquebantur vel id quod affirmabant, nos autem nunquam legimus neque Apoſtoli unquam cauſa erant ut aliquis traderetur neci, licet eſſent blaſphemi, vel hæretici, vel pacis eccleſiaſticæ perturbatores. Itaque ibi vos degeneres facti eſtis atque abiiſtis a Spiritu Apoſtolorum, intraſtis in Spiritum mundi; lex enim erat ad ſupprimendum pugnatores & percuſſores, ſed Evangelium eſt legis finis; qui pervenit ad Evangelium Chriſti pervenit ad finem legis; ita illi qui loquebantur ex præjudicio nolentes audire Sacerdotem, tradendi erant judici, & legi, & morti; Sed veniente Chriſto, fine iſtius legis & Sacerdotii, præjudicioſi & blaſphemantes audire illum nolebant, ſtante licet judæorum lege, quam Chriſtus non frangebat illam, attamen non vertebat eos ad hoc ut morti traderentur tanquam eccleſiæ perturbatores; neque Apoſtoli eos qui ex præjudicio loquebantur, eoſque audire detrectabant; ita illi non vertebant eos ad judicem, neque judicem informabant & magiſtratum ut darentur neci velut eccleſiæ perturbatores; neque imponebant eos *Judæis*, neque imponebant eos *gentilibus* neque ponebant eos morti inter ſeipſos per auctoritatem ſuæ ipſorum eccleſiæ. Non extat talis lex neque exemplum inter eos; ita nunc veſtra eccleſia degenera facta eſt ab illa eccleſia & lege; erant enim nulli Apoſtatæ atque hæretici inter Apoſtolos, qui ab illis recedebant, tamen haud ulla erat informatio ab iis ut illi darentur

tur morti; nunc vestra ecclesia vult morti dare eos qui sunt illius membra, & vos qui estis ministri qui contra eos informatis qui morti tradendi sunt, quæ res in ecclesiâ vestrâ perpetrata est; sunt enim Magistratus ecclesiæ membra, & vos estis informatores eorum qui à vobis dissentiunt ut Hæretici & blasphemantes. Ità vos Apostatæ facti estis à Spiritu Christi, vos enim destruitis hominum vitas, & Christus mandat servare illas; ita ille non est exemplum vestrum, ita ecclesia vestra scortata est ab ecclesiâ verâ, estque Anti-Christus.

Nunc ubi vos dicitis ac tu dicis, quod *Anti-Christi & homo peccati sint unum solummodo, itaque non Papa, quia Papæ sunt multi.*

Nunc in eo vos deluditis populum, atque erraviſtis & contrarii Doctrinæ *Johannis*, qui dicit, multos esse Antichristos; notate, *multi Antichristi exiverunt in mundum*; ita ut si homo peccati sit unus solummdo in multos dispescitur, qui nunc revelatus est, atque in vobis detegendus, qui exortus est à diebus Apostolorum intrans antequam illi cessabant, sed jam detectus per spiritum veritatis, Dei, in quo erant Apostoli, qui regnaret ac gubernaret in vobis; ita vos estis facti degeneres. Nunc *Petrus* videbat vos exorientes & *Judas* et *Johannes*, narrat enim nobis *Petrus*, quod abirent illi in viâ *Cain*, dicuntque *Judas* et *Johannes* ne diligite ut *Cain*; sed amor ac sacrificium vestra fuerunt de naturâ *Cain* qui mactatis fratres vestros, atque occiditis fratres vestros, quod nunquam agebant Apostoli; & sic ibi nota *Caini* inter vos reperta est; ita ibi nunc vester Spiritus exploratus est.

Rursum, vos abiistis à luce Apostolorum, quæ Sanctis videndum dat vos esse in viâ *Cain*, quomodo illi degeneres atque Apostatæ facti essent; jam si vos arcetis illud per distinctionem, ac dicitis vos Sacerdotes & Jesuitas non cædere ac tollere vitas hominum, & dicatis tamen illos ecclesiæ vestræ esse membra, Magistratus; nunc illa est vestra distinctio, & per hanc distinctionem vos intricastis vosipsos; membra enim ecclesiæ Christi nunquam ullos ponebant morti, quantumvis hæreticos vel blasphemantes, vel Apostatæ ab iis ante eorum decessum; atque ibi membra vestra erraverunt ab ecclesia Christi, suntque ex membris *Cain*, & non-Christi, & sic ecclesia non vera.

Ac tum rursus vos dicitis, quod *praxis ac doctrina vestræ ecclesiæ Romanæ non sit degenerata ab ecclesia vera Christi, in quâ erant Apostoli*; neque scripturam pro eo ostendere potestis; imagines vestræ, catenæ vestræ globulatæ, picturæ vestræ, inquisitiones vestræ, ustiones vestræ, extensiones vestræ Sanctorum non ab Apostolis, neque pro Monasteriis vestris; sed adfertis Scripturam quod Sancti traditiones suas retinerent: traditiones vero, quas illi docebantur, Apostolus instat in *Corinthiis* atque in Epistolis quid sint illæ; hæc illi acceperant à Deo; sed vestræ nunc traditiones hominum, quæ pro doctrinis docentur. Et mandat iis Apostolus, ne præsumerent supra quod scriptum esset; non est scriptum, erexisse illos externam crucem vel imaginem *Mariæ* aut Christi vel externam crucem ex ligno aut lapide, & fecisse inquisitiones, atque homines blasphemiæ causâ morti destinasse; neque scriptum est, fecisse illos crucifixos, atque erexisse decimas & altaria vel ligna vel lapides; vos nunc qui talia sustinetis, ac talia defenditis, neque ostendere potestis ab Apostolorum doctrina, ubi illi talia erexerint, ubi scriptum sit vos estis præjudicioso atque usurpata auctoritas, qui præsumitis supra quod scriptum est: Ita quivis ethnicus vult sequi traditiones, invenire traditiones, atque illas docere pro doctrinis, & tum afferre potest Apostoli verba, ac dicere tenendas ipsis esse traditiones; propterea necesse est traditiones ab Apostlis traditas esse ecclesiæ de eo quod scriptum erat, jam non est vestrarum traditionum vel traditionum Ethnicorum quod illi excogitant; atq; adferre Apostoli verba, vos ibi succumbitis; sed Apostoli traditiones hæ vindicatæ sunt, quæ sunt scriptum; sed vestræ non sunt scripta, neque à scriptura exemplum habent, & sic erraverunt a Spiritu.

Ac tum denuo vos dicitis ac tu dicis, *nos esse imperitos Philosophiæ, neque sapientes in Philosophia*, atque tu multam Philosophiam adfers ad probationem tuorum argumentorum.

Atque hîc rursus tu & vos erravistis atque Apostatæ facti estis ac degeneres à verorum Apostolorum doctrinâ & praxibus, dicit enim ille, *cavete a Philosophia* atque eam vetat; ita tu atque ecclesia vestra erraftis a veris Apostolis, estisque illorum Spiritui contrarii, dicit enim ille, cavete a Philosophia, insidiantur enim illi ad fallendum, atque erigunt traditiones hominum.

Ac

Ac tum poſtea ubi tu dicis *nos nihil novimus niſi per traditionem.*

Et hoc eſt falſum, quod demonſtrat te ineptum eſſe ad rectè judicandum, neque de mente noſtrâ, nihil enim eorum quæ nos accepimus fuit ab hominibus, neque a traditiouibus, qui venimus in poteſtatem cui Apoſtoli inerant, quæ erat antequam vos eratis, qui Apoſtatæ facti eſtis; hei vobis! ubi vos dicitis non occidere vos homines religionis de cauſa, illique non ſunt eccleſia.

Ac tum rurſus tu dicis, *illi ſunt membra eccleſiæ illique ſunt poteſtas ſæcularis.*

Nunc an non Eccleſiæ membrum ſpirituale eſt? & an agit extra potentiam Chriſti, cum ſit corporis membrum? an non corpus & manus agunt utrumque ab eadem poteſtate? ita unquam Chriſti membra, quæ erant membra ipſius corporis qui veniebat ſervatum vitas hominum deſtruebant vitas hominum, ut vos facitis, qui mactaſtis & occidiſtis centenos plurimos a diebus Apoſtolorum ob religionem, & quod laudare Panem & Vinum veſtrum abſtinebant, & altaria veſtra, imagines vel cruces; itaque vos facti eſtis Apoſtatæ atque erratici à corpore Chriſti, fratrum veſtrorum inviſores, homicidæ de quibus Apoſtolus loquitur, qui non habebant vitam æternam in ſe morantem; ac tum ut Apoſtolus dicit, retinerent traditiones & quod ſcriptum eſſet quam traditionem, ponit ille multas traditiones, & rurſus Apoſtolus dicit *parvuli infantes ſervate vos-ipſos ab idolis*; & quod ſcriptum eſt; ita ſcriptum ſte, hoc eſt conſilium eccleſiæ veræ, & veræ eccleſiæ obediendum eſt, illique qui obedire detrectant ei, ſunt ethnici; et vos erexiſtis Idola, erexiſtis imagines, picturas & cruces; ita facti Apoſtatæ atq; degeneres ab eccleſia vera, a vero Miniſterio; nam veſtri Miniſtri illa declamant imagines, crucifixa, picturas, globulos catenatos, precationes coram ejuſmodi picturis, crucibus, & catenis, ſunt Miniſtri veſtri, qui talia declamant extollenda, quæ inter Apoſtolos ſcripta non ſunt; veri Miniſtri dicunt, *cavete vobis ipſis ab idolis infantes parvuli*, 1 *Joh.* 5. Ita hîc vos dilabſi eſtis a Spiritu atque exiſtentia in Spiritu, de quo Apoſtolus loquitur, homo peccati, & multi Antichriſti, & Beſtia, & Prophetæ falſi in *revelationibus* annotati cum ſignis ac prodigiis mendacibus

cibus, & mendacibus miraculis, quæ mundus conſecutus eſt, à diebus Apoſtolorum exorta, quæ Apoſtoli ventura prædicebant & quis erexit mendacia ſigna atque prodigia a diebus Apoſtolorum; ſed (nota) dicit Apoſtolus ſervate traditiones, qui videbat hæc ſigna mendacia atque prodigia oriri, quæ homo peccati (in revelationibus) erigit illa per eorum auctoritatem atque potentiam. Nunc ſi vos non eſtis hæc beſtia, & peccati hic homo intraverit in corda veſtra, atque hi multi Antichriſti, cum ſignis ac podigiis veſtris mendacibus à diebus Apoſtolorum exortis, de quibus ille prædicebat, declarate, quinam ſint, & videamus nos, quænam ſint iſtæ ſigna ac prodigia mendacia, & quiſnam erexerit illa? & cernamus nos quodnam diſcrimen habeatis vos ad excuſationem veſtri; nunc illud [ſi] non pono velut mihi ipſi, velut ignoranti, vos eſſe illos, ſed quod ſitis illi; & nunc veritas venit ad rationem vobiſcum expoſtulandam.

Ac tum demo, quod dicatis *Panem & Vinum poſt conſecrationem eſſe corpus & ſanguinem Chriſti (ipſius vel corpus & ſanguis.)* Et poſtea in eo te ipſum confundis, & dicis, *eſſe tantummodo ut in homine eſt anima, & poterat perire externum, eratque tantum, quantum veſtis regis dorſo appenſa, atque aliud non conſeeratum, dorſo mendici appenſa, & utrumque poterat perire, eratque corpus Chriſti.*

Nunc illud eſt ſimile tuæ logicæ, illud eſt confuſum & lacerum materiæ fruſtum; corpus Chriſti non videbat corruptionem (cujuſcunque dorſo tu illum appendere potes) ſed panis ac vinum corruptionem viſura ſunt; ita cum eo tu ridiculè declinas et miſerè diſtinctionibus tuis appoſitus es, qui id veſtimento comparas conſecrato & non conſecrato quod utrumque perire poteſt, atq; eſt corpus Chriſti; ita ſi non audetis tentare fortunam ad explorandum id publicè, neque finitis aliquos Jeſuitas & Cardinales a Papa emitti unum de ſingulis illius dominiorum in locum quemcunque idoneum, ut res nos apertè ac publicè exploremur, utrum periturum ſit tamquam alius panis, vel divinum appariturum, ut corpus Chriſti, quod non videbat corruptionem: ſi venire audeant illi ad explorationem publicè (ad lucem) vel agnoſcite vos ipſos operatores tenebrarum, & qui Diaboli opus feciſtis omne hoc tempus neque audetis illud explorare, &

Chriſtus

Chriſtus habebat corpus, poſtquam illi panem illum comediſſent ut in illius memoriam, neq; Chriſtus edebat ſuum ipſius corpus; an edebat ſuum ipſius corpus? et Apoſtoli atq; ille panem edebant cum Diſcipulis; & quid, an edebat ſuum corpus? quando mandat Apoſtolis ut facerent in illius memoriam donec veniſſet, & mandat iis Apoſtolus, *quoties ederent illum panem & biberent illum callicem; ut facerent in memoriam ad oſtendendam mortem Domini donec veniat*; ſignificans eum non veniſſe; & an non venit in corpore ſuo? illudque eſt incantatio populi & deceptio populi, narrare ei quod eſſet corpus ejus: nam ſi eſſet corpus ejus, eſſet ejus corpus antea; dicitque Apoſtolus, *id quod acceperat a Domino ſe ſanctiis tradidiſſe & quoties ederent illud ac biberent illud mortem Domini demonſtrandi erant* donec veniat; examinarent ſeipſos, atque ita comederent.

Ac rurſus, extat alia epiſtola, jubet iis ut ſe ipſos examinent & explorent ſe ipſos, ac niſi eſſent reprobi, Chriſtus inerat ipſis; ut non haberent neceſſe, rem aliquam ipſis Chriſtum in memoriam redigere; illud enim duntaxat erat memoratio illius, & demoſtratio, donec veniret, & ſic id propriè illum eſſe dici non poteſt; & demonſtratio donec veniat, quæ agenda erat in illius memoriam. Jam ſi ſit illud Chriſtus poſt conſecrationem, jam venit; ſi hoc ſit illius corpus & ſanguis; hoc ſi ſit Chriſtus venit ille. Erat enim illud commemoratio ſolum: Neque poteſtis vos illud aliter quam pro memoria aſſumere, & demonſtrare donec veniat; itaque quod vos Saccis & Capſis & deſertis veſtris includere poteſtis, ac dicere, ibi eſt Chriſtus; (nota) ibi eſt Chriſtus falſus, ibi eſt Antichriſtus, & ſic facti degeneres, qui decepiſtis populum & ſi poſſibile eſſet velletis electum decipere, ſed illud eſt impoſſibile, nam electus comprehendit vos, & Chriſtus venit & regnat in regno ſuo, quod non habet finem neque opus eſt nobis pane & vino ad renovandam nobis illius memoriam.

Tum rurſus Eccleſia veſtra ſæpe conſecrat & multa efficit corpora, & quum alterum mortuum eſt vos faciſtis alterum, quod Chriſti corpus tantum unum eſt: atque Apoſtolus narrat Eccleſiæ veræ, *quod potentia Dei eſſet crux Chriſti*; illud verum erat Miniſterium, & vos Miniſtri narratis populo (qui eſt veſtra Eccleſia) de cruce lignea, de cruce lapidea, & ſic facti A-

poſtatæ.

postatæ a Ministris veris, qui perdidistis potentiam Dei & veram crucem Christi; quare nunc ille qui erigit vel narrabat iis de retinendis traditionibus, narrabat iis quænam esset crux Christi, potentia Dei, neque erigebat altare terrenum & crucem ligneam & lapideam, ita vos erravistis ab Apostolis.

Ac rursus, tu ac vos dicitis scriptura erat verbum, hei vobis! vos estis ignorantes scripturarum, verorum Ministrorum verborum; Ministri enim Dei dicunt illa esse verba; *loquebatur Deus omnia verba hæc, dicit Moses*; & Christus dicit, *mea verba*; & Christus erat verbum existens antequam verba pronunciata essent, qui veniebat impletum verba, illaque in eo finiunt. *Sanguis Christi purgat ab omni peccato, quique edit carnem Christi, non esurit ulterius.* Nunc vos estis esurientes hucusque panem vestrum externum, neque vos ab omni peccato purgati estis; an vinum purgat vos ab omni peccato, qui occiditis & mactatis alii alios ob religionem, velut *Cain*, circa res externas, & assumitis res vestras externas; Panis & Vinum vestra sunt res externæ ob quas vos alii alios occiditis, non quia Deum adorare nolunt; sed quia nolunt adorare vestra externa, & laudare res vestras externas in Apostasiâ ab Apostolis. Et an vos refertis populum à peccatis vestris purgatum, qui tanta superbia ac sordibus scatetis, & comæ adornatione atque auro ac pretioso indumento, & maculis nigro. An estis similes sanctis mulieribus, similes *Saræ*? Vos qui à doctrina Apostolorum facti estis Apostatæ, sed effecta sanguinis Christi nequaquam hîc visa sunt inter vos; sed vos estis in via *Cain* mactatores qui sanguinem novi fœderis sub pedibus conculcastis, qui non habetis vitam Dei in vobis commorantem, & similes Jezebeli in jejuniis vestris.

Ac rursus, tu es jurator, & vos estis juratores; qui Christus & Apostoli dicunt, *ne jurate omnino neque per cælum, neque per terram, neque per aliud cujuscunque generis jusjurandum, ne in condemnationem incidatis*; *sed sit ita vestrum ita, & non vestrum non, quod enim superadditur, malum est.* Itaque hic rursus Apostatæ facti estis à Christo & verâ ecclesiâ, juratores, condemnationi succumbitis, qui juratis per *Mariam* ac *Missam*; nunc si notares quod Angelus juraret, aut Prophetæ, *Moses*, *Abraham*

braham vel David. Christus est finis Prophetarum, atque antequam *Abraham* esset, et finis *Moseos*; dicitque Apostolus *ne jurate omnino*; homines in rixis jurant, hoc est extra fœdus cum Deo & non in pace; itaque Dei filius dicit, *ne jurate omnino*, qui est finis discordiæ, ducitque populum in pacem cum Deo, qui est fœdus pacis inter Deum & hominum & comprehendit tempus antequam tempus existeret, ac tempus finit, quo omnia fiunt nova; estque illius doctrina, *ne jurate omnino*; *& hic est filius ille meus dilectus, audite vos eum*, & qui non audit eum ab ecclesiâ abscindendus est.

Ac rursus vos habetis per traditionem hoc quod vos habetis ab Apostolis: Judæi, quod illi habebant erat per traditionem, sed hi rei ipsi resistebant Christo Jesu, atque occidebant eum, Prophetas atque Apostolos; dicit Christus fuisse illos à patre eorum Diabolo, mactatores: & sic vos nunc, qui per traditionem habetis Sanctorum verba, vos occiditis atque occidistis & usistis, & cum carne ac sanguine luctati estis, & in inquisitionibus vestris destruxistis; itaque hoc ostendit vos Christum non noscere; sed estis occisores, qui nacti estis Christi, prophetarum atque Apostolorum verba, atque erigitis vestras traditiones atque inventa, eaque docetis pro doctrinis, est enim planum per actiones vestras, vos ab Apostolis Apostatas atque degeneres factos esse, atque ab illorum Spiritu aberrasse; et sic repugnastis rei & vitâ caruistis, Christo, qui dicit se servaturum vitas hominum, vos destruxistis eas, qui solas habetis traditiones, itaque caruistis eo, qui servaret hominum vitas.

Ita fuistis ab Apostolis vagabundi, quamvis amplas in terrâ habitationes habueritis, similes *Caino*, solum quod habuistis vos fuit per traditionem, atque ignem & gladium, quæ magna vestra arma fuere quibus populum ad vos verti faceretis ad convertendum illos; atque talia sunt carnalia, quibus Apolus omnino non certabat, neque luctabatur cum carne & sanguine, itaque ibi vos degeneratis ab illorum spiritu, & per illum judicatur. Et nos veri sumus Ministri, qui in Spiritum Apostolorum pervenimus qui vos omnes dimetitur.

Atque hoc eſt ab auctoritate veræ Eccleſiæ Ælecti ſeminis, qui per ludibrium appellantur Tremuli.

TRaditiones, quas Apoſtolus dicit Sanctiis obſervandas eſſe, quas ille tradiderat eis, ac traditiones hominum, & patrum eorum, cum Phariſæorum obſervatione, ac doctrinarum loco docentium eas, & neglectu mandatorum Chriſti, ſingula in ſuis locis, ut ſequitur.

Mattæ. 15. Scribæ & Phariſæi, qui erant *Hieroſolymitani*, veniebant ad Jeſum, *quare Diſcipuli tui tranſgrediuntur traditionem ſeniorum, non enim lavant manus ſuas*; notetur! Hîc Diſcipuli Chriſti tranſgrediuntur ſeniorum traditiones, illaque erat traditio, lavare manus ſuas, ante quam ederent, & ſurgerent; ille reſpondet iis *tum quare vos tranſgredimini mandatum Dei per veſtram traditionem* ?

Marci 7. atque hîc vobis videre licet, Phariſæos & ſcribas vixiſſe in traditionibus patrum ſuorum, & ſic illas magis quam Dei mandata obſervabant, quæ illi negligebant; mandabat enim Deus dicens; *honora patrem tuum ac matrem tuam, & qui maledicit patri vel matri morte moriatur*; ſed vos dicitis, ſi homo aliquis dicturus eſt Patri vel Matri, quodcunque tibi impertiri poſſum, donum eſt; itaque hoc modo non honorabit Patrem vel Matrem ſuam? atque ita mandata Dei irrita feciſtis per traditionem veſtram. Et cum Phariſæi veniebant à foro, non niſi loti comedunt, atque hæc erat traditio, & plures res aliæ, quas illi tenere receperunt, ut ablutiones poculorum, & ollarum atque æris, & vaſorum, ac tabularum, hæ erant traditiones ſeniorum, quas diſcipuli rumpebant, ideo Phariſæi erant offenſi in ipſos; & talium eorum corda longinqua aberant à Deo, nam illi traditionibus inerant, *quamvis labiis*

labiis ſuis invocarent eum, fruſtrà illi adorabant Deum, docentes doctrinas mandata hominum, & negligentes mandata Dei itaque Chriſtus arguebat eos, quando cum eo illi ratiocinabantur de Diſcipulis ejus, quidni ambularent illi ſecundum traditiones ſeniorum, ſed illotis manibus comederent panem; illeque dicit iis, *præclare vos rejicitis mandata Dei, ut ſervetis veſtras traditiones; vos enim illud ſeponitis atque hominum traditiones tenetis, ut ablutionem ollarum & poculorum & ſimilium ejuſmodi rerum, quæ vos facitis*; & vobis videre licet plura de traditionibus in eodem capite. Dicit Apoſtolus *Col.* 2. 8. Apoſtolus Miniſter Dei & Chriſti. *Cavete, ne ullus homo ſeducat vos per Philoſophiam & fallaciam vanam, ſecundum traditiones hominum, ſecundum Elementa mundi, non ſecundum Chriſtum*; ideo conſidera hoc quod eſt ſecundum Chriſtum; nam Chriſtus non eſt hujus mundi, judicatque ille Phariſæos traditionum ſuarum & neglectus mandatorum Dei, 2 *Theſſ.* 2. hîc ſunt traditiones de quibus Apoſtolus loquitur, quas fratres per verbum edocti erant & per Epiſtolam; *nunc nos mandamus vobis fratres in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, quod ſecedatis ab unoquoque fratrum qui inordinatè ambulat, & non ſecundum traditiones, quas accepiſtis à nobis.* Nunc notate, videbimus, quænam fuerint hæ traditiones, quas Theſſalonicenſes hi acceperant verbo vel Epiſtolâ ab Apoſtolo. Dicit Apoſtolus primum, *nam vosipſi noſtis, quomodo vos oporteat nos ſequi, non enim geſſimus nosipſos inordinatè inter vos, neque alicujus hominis panem fruſtrà comedimus, ſed per labores & itinera operati ſumus noctes ac dies, ne alicui veſtrum oneri eſſemus; non quod non habemus potentiam ſed, ut faceremus nos ipſos exemplaria vobis quos ſequeremini; nam vel tum quum vobiſcum eſſemus, hoc mandabamus vobis,* (hoc notetur, erat per verbum oris quando ipſis præſens hoc non erat ſcriptum) *quando vobis præſentes eramus mandabamus vobis, ſi aliquis laborare nollet, etiam non ederet, audimus enim quosdam inter vos eſſe qui inordinatè ambulant inter vos qui omnino non operantur, ſed ſunt ſollicita corpora; jam eos, qui ſunt tales nos mandamus in Domino noſtro Jeſu Chriſto, atque exhortamur; quod in quiete operentur tales ac proprium panem edant.* Notetur nunc, hîc ſunt traditiones obſervandæ fratribus, quas Apoſtolus eos docuerat per verbum oris, ac per Epiſtolam; hîc iterum, & ſi aliquis frater

inordinatè ambulat non ſecundum traditiones à nobis acceptas, ille notandus eſt, atque vitandus; tales enim ſunt creaturarum deſtructores & creationis & prodigi, ſuntque ſollicita corpora, qui populum degenerant ac deferunt à vitâ, atque onera propter finem proprium de aliis ferentes, tales ſunt in parte diſordinatâ extra potentiam Dei, & ſunt judicandi; & ſi homo aliquis non obediat verbo noſtro in hac Epiſtolâ, illum virum notate, neque ei aſſociamini ut erubeſcat; attamen ne ut inimicum illum ducito; ſed admoneto illum tanquam Fratrem. Nunc, notetur, hi fratres qui non obſervant traditiones quas Apoſtolus docuerat per verbum ipſis præſens & per Epiſtolam, tales inordinatè ambulant, erantque notandi & vitandi, atque hîc ſunt traditiones de quibus fit mentio, 2 *Theſſ.* 2. 3. Per totum caput; dicitque Apoſtolus *ſe zelo affectum fuiſſe traditionum patrum*; hoc erat ante converſione ejus: Sed poſt converſionem ſuam dicit:

Non ab homine neque per hominem (tunc) *ſed per revelationem Jeſu Chriſti*, *Gal.* 1. 1, Petri priore, *in quantum nos redemti non ſumus rebus corruptibilibus ut auro & argento à vanâ noſtrâ converſatione, per traditiones patrum veſtrorum, ſed per ſanguinem Chriſti*: Ita qui teſtatur ſanguinem Jeſu, ille vivit ſupra omnia, videt ille ſupra naturam in traditionibus viventem. Itaq; an non veſtræ traditiones fuere, redimere alius alium argento, & per veniam abſolutionis ac largitionem bullarum, quas nos minatis eas? Et an non hæc eſt corruptibilis redemtio, ac traditio, quas Apoſtolus ita judicat? an non traditio veſtra hîc judicata eſt? Corruptibilis veſtra redemtio, & venia pro ære, atque emtio & venditio veniarum? an non hæc ſunt corruptibilis redemtio? & veſtræ traditiones per Apoſtolum *Petrum* vetitæ? Eſto! Apoſtolus loquitur de inſtitutionibus ac traditionibus, atque illarum facit mentionem; *eſtote vos imitatores mei, mementote mei in rebus omnibus*; *ſervatore inſtitutiones aut traditiones quas nobis tradidi*; notate, narrat vobis ille, quid ſint traditiones, ut ſequitur *velim notum ſit vobis, uniuſcujuſque viri caput eſt Chriſtus & uniuſcujuſque fœminæ caput eſt vir, caput Chriſti eſt Deus, omnis vir orans aut prædicens tecto capite dedecorat caput ſuum*; *ſed omnis fœmina orans vel prædicens nudato capite dedecorat caput ſuum ſi non tegatur mulier, ſit raſa quoque, ac virum, enim re vera non*

decet

decet tegere caput ſuum, quatenus eſt imago & gloria Dei, mulier autem gloria viri eſt, ſed vir non eſt à muliere; ſed mulier à viro; neque creatus erat homo propter mulierem, ſed mulier propter virum; hanc ob cauſam decet mulierem habere poteſtatem ſupra caput ſuum propter Angelos; nihilominus tamen, neque eſt mulier ſine viro, neque vir ſine muliere in Domino. Atque ita pergit in hoc capite ubi omnibus videre licet traditiones vel inſtitutiones, &c. Et quomodo ille traditionum mentionem faciat; in hoc capite, 1 *Cor.* 11. loquitur de poculo & loquitur de pane, & loquitur de rebus hiſce & de hac re, quæ agenda erant in Chriſti memoriam; atque hîc eſt traditio, quam Apoſtolus illis commemorat, & exponit ipſis quid ſint ea; narratque ipſis de baptiſmo in iiſdem *Corinthiis*, aqua quæ poterat decreſcere; *nam ego accepi à Domino id quod ſimiliter vobis tradebam*: Nunc notate, hoc traditum erat iis *Corinthiis*; narrat ipſis in illâ Epiſtolâ, atque illâ Epiſtolâ loquitur de rebus illis in eo, 2 *Cor.* 4. *cap.* abducit eos a rebus quæ ſunt; atque ita hîc oſtendit traditionem per verbum, & hîc iterum per Epiſtolam; et vos legitis Apoſtolum fuiſſe cum *Corinthiis* in *cap.* 2. Epiſtolæ primæ; dicitque *Sanctus Johannes, ſervate vos ipſos ab idolis* (in Epiſtola ſua generali) *infantes parvuli*: Ita *Sanctus Johannes* erat illius eccleſiæ, eratque Miniſter illius, et in illâ. Itaque vos qui diſcurritis in idola, atque imagines et picturas, et cruces, decurriſtis in idola, eaque erigitis per traditiones veſtras atque irrita facitis Apoſtoli mandata, dicentis, *ſervate vos ipſos ab idolis*, quod eſt mandatum Dei. Ita eccleſia veſtra ac traditiones Apoſtolis contraria ſunt, ut vobis legere licet in ſcripturis ante memoratis, et videre ſeniorum traditiones, et Patrum veſtrorum, Phariſæorum; et videre traditiones Apoſtolorum à quibus vos facti eſtis Apoſtatæ, qui diſcurriſtis in idola atque imagines, traditiones veſtras non memoratas in ſcripturâ, ut omnes legere poſſunt haſce ſcripturas ante dictas memoratas in hâc Epiſtolâ, et videre, an loquatur pro illis veſtrarum traditionibus quas vos erigitis, ut globulos veſtros Catenatos, imagines veſtras, domos et monaſteria veſtra, velut picturas veſtras et veſtras inquiſitiones.

Atque hîc jam vobis videre licet traditiones Phariſæorum, veſtras traditiones, ac traditiones Papæ alias ab

aliis

aliis distinctas, ut vobis legere licet ante memoratas.

Illi qui à Deo docti sunt ab eo amati sunt; sed Papa Papisticus non didicit à bono *Samaritano*; Deusque pulverem disparsit super omnes facies vestras ac vos texit eo, & gloriam vestram deformavit.

Ac destruebat Christus illos qui exibant à veritate, & similiter fundamentum omnis præjudicii atque blasphemiæ.

Fumant bestia ac meretrix, & est illa in igne & fumus illius ascendit sursum.

Et cujus servus fuit Papa, qui insedit justo, qui pepercit pravo, qui tollerat mactationem agnorum Dei, atque ovis ut hîc manifestum est, atque ille id agenti vult largiri Bullam, eritque is unus ex sanctis ipsius canonizatis, quod est opus Diaboli, an Petrus ita agebat?

Itáque homines naturales, qui neque recipere neque discernere possunt res divinas; quicunque inter vos contrahunt matrimonium non sunt spirituales viri, vestri uxorati non sunt.

Et postquam Papa vobis condonavit peccata vestra, an non reliquum est aliquid quod vos convincit?

Ministri Christi dicunt, recipiscite, & Baptizemini, confitentes peccata vestra; & Sacerdos Papalis dicit, cogeris habere corpus tuum peccati atque imperfectiones quamdiu es in terrâ; & ministri Christi, *qui non operatur, etiam ne edito.* Et Ministri Papistici dicant, nos habere volumus argentum, mercedem, victum ab iis, qui nunquam conducebant nos, neque laborem nobis imponebant, attamen ab iis volumus nutriri, & mercedem accipere, alioqui eos ad aulas & carceres ad mortem usque distrahere volumus. Et Ministri Christi dicunt, *nullius hominis argentum, aurum, vel vestem cupimus; sed manibus nostris laboramus nocte ac die, ne uni alicui oneri essemus, ut Evangelium non oneroſum servaremus.* Ministri Papæ dicunt, nos nihil moramur, volumus habere aurum & argentum, bona & supellectilem, nos sumus ex hominibus, & nos volumus habere viros ac faminas in aulis atque carceribus nostris, & quid nos moramur, legem habemus ea nobis daturam. Et

Ministri

Miniſtri Chriſti dicunt; non eſt habitus auri vel veſtiti precioſi. O! verum inquiunt Sacerdotes Papales, volumus habere annulos noſtros aureos, & veſtitum noſtrum pretioſum, manicas noſtras, & cacumina tibialium in ocreis noſtris, & inſignem mitellam circa verticem galerorum noſtrorum, civile duntaxat eſt, & Apoſtolus non putat ut loquitur. Miniſtri Chriſti & Chriſtus dicunt *ne jurate omnino, ille qui jurat in malo eſt & condemnatus.* Miniſtri Papales dicunt, ſe opus habere juramento (& auditores eorum) alioqui mulctentur illi et in carcerem abjiciantur, et fiant ſtabrum ad condemnationem.

Provo-

Provocatio omnium Papiſtarum ac Proteſtantium.

PRovoco omnes Papiſtas, Jeſuitas, Papam et Cardinales, et vos omnes Proteſtantes, qui contra Papatum profitemini, demonſtrare mihi ex Scripturâ, ubi unquam Apoſtoli vel ullus verus Chriſtianus occidebant alii alios ob religionem? vel ubi Chriſtus ullum tale mandatum dabat iis, ut ita facerent, tum ego fiam religionis eorum: Et an non erant tales qui ab Apoſtolis exibant, qui fuerant inter eos, qui currebant in ſciſmata, hæreſin et errorem, in viam *Core Caini* et *Balaami*, decurrebantque in ſectas et factiones, et ſeductiones aliorum? utrum an unquam vel an ſemper Apoſtoli occidebant hos vel occidi illos mandabant, et ad mortem ſtatui, et judicibus eos tradebant ad necem ut ponerentur illi? vel an iſti habebant Magiſtratus ad exequendas leges in eos? an Apoſtoli componebant leges, vel facti per auctoritatem Eccleſiæ, ad ſtatuendum eos neci? vel an non Eccleſia ſtat in Chriſto legis fine? et an non erant aliqui in diebus Apoſtolorum, qui erant inter eos, et Sanctos, Chriſtianos veros, qui habebant formam, et probabantur eſſe Apoſtoli falſi, atque Miniſtri Satanæ, atque legati injuſtitiæ? nunc an faciebant Apoſtoli vel veri Chriſtiani et vera Eccleſia an illi habebant legem, et edebant mandatum, hos ad mortem ſtatuendos eſſe et creaturas eſſe occidendas in quos Diabolus ſe ipſum transformaverat ad occidendum has creaturas? Et, an non Apoſtoli abibant inter tales qui adorabant idola, ligna et lapides, ſolem ac lunam? an Apoſtoli occidebant, ſuſpendebant, trahebant, vel in partes diſſecabant eos, qui authoritatem

thoritatem illam abnegare nolebant, quæ imagines eorum erexerat? an illi occidebant creaturas, qui nolebant abnegare adorationem fustium ac lapidum, solis et lunæ, ut vos nunc facitis? vos pauperes Papistæ Apostatæ ab Apostolis, pauperes cœci creaturæ! qui coram imaginibus, lignis atque lapidibus, et crucibus ligneis procumbitis; an non vos (si facti essetis Ministri per voluntatem Christi) potestis sinere ut pergant illi, atque deferre illos ab idolis, imaginibus, crucibus ligneis, et lapide atque invocatione nominum Sanctorum, ut litis vos auctores illis invocationis Christi? ut veri Ministri et Apostoli qui inter Judæos, Sacerdotes primarios, ac Pharisæos abibant, et confundebant illos, atque à typis et figuris deferebant eos ad Christum substantiam; ac proficiscebantur illi inter gentiles, atque ad eos qui erexerant imagines suas, Sacerdotes atque idolorum templa, adorabant imagines solem et lunam, et confundebant eos, atque ab imaginibus suis deferebant a fustibus et lapidibus, ab adoratione illorum ad adorationem Dei; atque in fœdus lucis, quod Deus spoponderat gentilibus; an non Apostoli eos in hoc adducebant non mactatis eorum corporibus? Et Judæos similiter, novum fœdus ad ipsos, legem in corde atque in mentibus eorum: Si postquam aliquis horum Judæorum aut gentilium, qui fuerant convicti per Apostolorum doctrinam, et ab iis exibant illi qui à judæis vel illi qui à gentilibus, denuo ad gentiles revertebantur, tunc ubi Apostoli publicabant legem vel decretum hos esse occidendos? et nunc vos Papistæ, qui vos ipsos Christianos dicitis, tales, quales à vobis abeunt, qui vestræ religionis fuere, vos contravertitis, ac tanquam hæreticos per ignem vel alio modo occiditis? an Apostoli ità faciebant de iis qui ab ipsis exibant, quos illi revera hæreticos esse judicabant? et si protestantes veniant inter vos, eos vos per ignem et rogos occiditis, per inquisitiones et equulea; et quis vestrûm nunc refert imaginem Apostolorum, & Christum sequitur salutis ducem, qui servat vitas hominum.

Et nunc vos protestantes si aliquis Jesuitarum aut Sacerdotum veniat inter vos, vos suspenditis, extenditis vel in fru-

ſia, de cinditis illos, qui dicunt illi Matrem veſtram eſſe; an æternum Apoſtoli ita faciebant alicui venienti ad opponendum illis, qui fuerat eorum Eccleſiæ, vel alius? vel an unquam Apoſtoli aut Sancti ita fecerunt? an non erant idonei Miniſtri Spiritus & non literæ quo illi Spiritu apti erant cum toto mundo ratiocinari. Nunc ſeria ſcrutatio pervadat vos de rebus his.

FINIS.

ERRATA.

Titulo, l: 26: *leg:* obſervabunt, *p:* 1: *l:* 14: *leg:* conjicere, *l:* 15: necem adorationum, *p:* 2: *l:* 35: aborti, *p:* 2: *l:* 5: parata, *l:* 7: aquam, *l:* 28: marcello, *l:* 29: dubia, *l:* 34: eccleſia. Eſt caro, *l:* 36: prevalere, *p:* 6: *l:* 27: Dominionum, *p:* 7: *l:* 7: oves, *l:* 12: Trepidans, *l:* 23: Trepidantis, *l: ult:* nos, volunt, *p:* 8: *l:* 20: erigit. proſtibula, *l:* 15: affligitis, *l:* 32: Jeſuitas, *l: ult:* immotus, *p:* 11: *l:* 2: didicimus: *l:* 19: oves, *l:* 24: veſtræ, *l:* 27: hæreticorum, *l:* 32: nulla fere, *p:* 12: *l:* 23: inebriaſtis, *l:* 29: comburit, *l:* 35: Spiritualis, *p.* 16: *l:* 3: decipiat, *l:* 4: Juſtitiam, *l:* 19: Ninivitæ, *p:* 17: *l:* 1: Turcæ *l:* 12: ab hominibus, *l:* 18: *l:* 15: alii, *p:* 19: *l:* 7: hæc, *p:* 21: *l:* 11: nam dicit, *p.* 23: *l:* 4: videbat, *p:* 24: *l:* 6: nonne dicebat, *l:* 12: eminenti, *p:* 25: *l:* 11: vos occidiſſetis Apoſtolos, *l:* 21: vos abnegaſtis, *p:* 27: *l:* 20: Judæi, *p:* 29: *l:* 21: veſtras *l:* 37: Apoſtolos, *p:* 31: *l:* 26: veſtigia, *p:* 34: *l:* 4: Apoſtolus, *p:* 35: penult et ult ſecundum, *p.* 36. *l:* 10: mandabat, *p:* 37: dilaceranda, *l:* 16: adoratio, *p:* 38: *l:* 4: flectio, *p:* 39: *l:* 36: lege in Eccleſia, *p:* 39: *l:* penult præſervavit pravitatem, *p:* 43: *l:* 11: Tremuli, *l:* 28: *leg:* non *p:* 44: *l:* 6: eoſque admonuerunt, *l:* 7: veniunt, *l:* 13: *leg:* poſſunt, *l:* 17: Eccleſiam Catholicam.

Errata in libro ſecundo.

Page 3: *line* 10: Anti-Chriſtus, *l:* 28: rurſum, *p:* 5: *l:* 26: *leg:* ſcriptum eſt *p:* 6: *l:* 9: prodigiis, *p:* 9: *l:* 5: finis, *l:* 6: lege hominem, *p:* 12: *l:* 24: quas nominatis.